UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK

universität wien

Bayer, Johann
Mair, Alexander

Ioannis Bayeri Rhainani I. C. Vranometria

omnivm asterismorvm continens schemata, nova methodo delineata, aereis laminis expressa

Excudit Christophorus Mangus Mang, Christoph
Augustae Vindelicorum Augsburg

eod books2ebooks.eu

digitalisiert an der Universitätsbibliothek Wien

digitised at Vienna University Library

books2ebooks – Millions of books just a mouse click away!

European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook. Pay online with a credit card of your choice and build up your personal digital library!

What is an EOD eBook?

An EOD eBook is a digitised book delivered in the form of a PDF file. In the advanced version, the file contains the image of the scanned original book as well as the automatically recognised full text. Of course marks, notations and other notes in the margins present in the original volume will also appear in this file.

How to order an EOD eBook?

eod digital on request

Whereever you see this button, you can order eBooks directly from the online catalogue of a library. Just search the catalogue and select the book you need. A user friendly interface will guide you through the ordering process. You will receive a confirmation e-mail and you will be able to track your order at your personal tracing site.

How to buy an EOD eBook?

Once the book has been digitised and is ready for downloading you will have several payment options. The most convenient option is to use your credit card and pay via a secure transaction mode. After your payment has been received, you will be able to download the eBook.

Standard EOD eBook – How to use

You receive one single file in the form of a PDF file. You can browse, print and build up your own collection in a convenient manner.

Print

Print out the whole book or only some pages.

Browse

Use the PDF reader and enjoy browsing and zooming with your standard day-to-day-software. There is no need to install other software.

Build up your own collection

The whole book is comprised in one file. Take the book with you on your portable device and build up your personal digital library.

Advanced EOD eBook - How to use

Search & Find

Print out the whole book or only some pages.



With the in-built search feature of your PDF reader, you can browse the book for individual words or part of a word.

Use the binocular symbol in the toolbar or the keyboard shortcut (Ctrl+F) to search for a certain word. “Habsburg” is being searched for in this example. The finding is highlighted.

Copy & Paste Text



Click on the "Select Tool" in the toolbar and select all the text you want to copy within the PDF file. Then open your word processor and paste the copied text there e.g. in Microsoft Word, click on the Edit menu or use the keyboard shortcut (Ctrl+V) in order to Paste the text into your document.

Copy & Paste Images

If you want to copy and paste an image, use the "Snapshot Tool" from the toolbar menu and paste the picture into the designated programme (e.g. word processor or an image processing programme).

Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions. EOD provides access to digitized documents strictly for personal, non-commercial purposes.
Terms and Conditions in English: http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/en/agb.html
Terms and Conditions in German: http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/de/agb.html

More eBooks

More eBooks are available at http://books2ebooks.eu

Hw 36

BIBLIOTHEK
der k.k. Sternwarte
WIEN
(Währing, Türkenschanze.)

No 1961
2.

Standort 7/IV

Alte Nummer: F 45.

I. Ursa minor.
II. " major.
III. Draco.
IV. Cepheus.
V. Bootes.
VI. Corona.
VII. Hercules.
VIII. Lyra.
IX. Cygnus.
X. Cassiopeja.
XI. Perseus
XII. Auriga.
XIII. Serpentarius.
XIV. Serpens.
XV. Sagitta.
XVI. Aquila.
XVII. Delphinus
XVIII. Equus minor.
XIX. Pegasus.
XX. Andromeda.
XXI. Triangulum.

22. Aries.
23. Taurus.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.
31.
32.
33. Pisces.

34. Cetus.
35. Orion.
36. Eridanus
37. Lepus.
38. Canis major
39. " minor
40. Navis.
41. Centaurus.
42. Crater.
43. Corvus.
44. Hydra.
45. Lupus.
46. Ara.
47. Corona mer.
48. Piscis Notius.
49. Pavo &c

Crux = ε, ζ, δ, ξ Centauri.

IOANNIS BAYERI
RHAINANI I. C.

VRANO-METRIA,

OMNIVM ASTERISMORVM
CONTINENS SCHEMATA,
NOVA METHODO
DELINEATA,
AEREIS LAMINIS EXPRESSA.

OBSERVATORIUM
VNIVERSITATIS
VINDOBONENSIS
C: R:

ATLANTI
VETVSTISS.
ASTRONOM.
MAGISTRO.

HERCVLI
VETVSTISS.
ASTRONOM.
DISCIPVLO.

45

OBSERVATORIUM
UNIVERSITATIS
VINDOBONENSIS
C: R:

NOBILITATE ET PRV-DENTIA CLARISSIMIS VIRIS

QVIRINO RECHLINGERO, MARCO VELSERO

AVG. VIND. II. VIRIS PRAEF.

VII. VIRVMQVE COLLEGIO AMPLISSIMO.

ARDVVM VIDETVR, PATRES AMPLISSIMI, Iuris prudentiæ intento, pręclari nominis famam in Mathematicis scientiis quærere. Primùm, quod legũ cognitio, siderumq; contemplatio, toto quasi cœlo distantia, de hinc, quia plurimi, quæ Matheseos argumenta proposueris, ad res serias, minùs idoneum, elaborasse fastidiunt. Hinc quæstui & socordię omnibus modis dediti, præstantissima quæque, vetustatis situ obducta, & deplorata, contemnunt, aut ferè negligunt. Quibusdã hæc consuetudo conciliat, nonnulla ipsa natura ingenerat; hunc deuictarum vrbium, ac populorum sub iuga redactorum, exhilerat victoria: alium publicę litteratorum hominum oblectant lucubrationes: multi desidiâ torpescentes, non nisi vtrumque carpere, heroica & expedientia in abiectis reputare satagunt; illi gloriam, nullâ mortalium ætate sepeliendam, iustè exigunt; hi etiam ipso teste Solone, accusantibus certatim obnoxii, viuentes, mortuiq;, iuxtà æstimantur. Merito igitur collaudati extiterunt ij, qui nullâ re aliâ, quàm perpetuâ virtutis voluntate commoti, hominum societate excitati, plurimùm industriæ, operæ, ac præsidii in Reip. vtilitatem contulerunt; non vlla res tanti æstimanda, quam non in augendâ, & administrandâ vniuersitate, sapientes aurei illius sæculi, suscipiendam simul, & retinendam censuerunt. Inter plurima autem communi perneccssaria, nauigatio cum agriculturâ, non in extremis, exercetur, numeraturq; hominum commoditatibus, verùm nauem sine astrorum peritiâ dirigere, aliâs, nec viuis nec mortuis annumerandos, certiùs de vitæ salute desperare cogit. Terræ cultura imperitè suscepta, omnem commerciorum, excludit absumitq; occasionem, sine quibus tamen, vix esse, vel subsistere posse ciuitatem, aut Remp. Plato volebat. Nec enim vertendum sed arandum Plinius ait, vnumquodq; opus rusticum, suo tempore, certo siderum ortu, occasuuè faciendum, præparandum, serendum, colligendum, vt Virgilius in Georgicis.

Quid faciat lætas segetes: quo sidere terram
Vertere, Mæcenas, vlmisq; adiungere vites
Conueniat:

Nauium vsum verè regium, Æquinoctialis, Meridianorum, Helices cum Cynosurâ cognitio suppeditat, paci, belloque subministrat opem. Regia igitur Astronomiæ consideratio, non nisi Rege vel Augusto digna, pro vt veterum quoque testificantur monumenta. Aratus Antigono Gonatæ Poliorcetæ filio, Phænomena sua inscripsit, cuius translationi, & C. Iulius Cæsar operam dedit. Germanicus Drusi Claudii filius, carmen suum Astronomicum Augusto consecrauit. Conatum itaque hunc qualem qualem meum, pro ingenii tenuitate, subcisiuis studiorum momentis, olim auspicatum, nunc demum clarissimorum virorum admonitu posteris publicatum, cui dignè offeram, nec ambigendum nec disquirendum arbitror; præstantissimorum namq; hominũ beneuolentiam, tùm in se ipsis, tùm in litterarum studiis expertos, summâ ope niti decet, ne beneficium silentio transeant. Extra vos igitur, patres, litterarum & eruditionis patronos, in hâc tanquam effœtâ mundi deficientis senectâ, perinde dignum ac idoneum nondum offendo; quibus enim cordi, & curæ, bonarum artium studia sunt: in ijs summa doctrinarum obseruantiâ, cum summâ prudentiâ suspiciatur necesse est. Meæ insuper partes, idem exigunt, nisi mihi parum vel nihil mentis foret, acceptum ferre iis quorum sub administratione laudabili, teneriorem ætatem, mitioribus studiis excultam, alteram quasi vitam retineo. Iure quoque hæreditario, hoc quidquid est, Ampl. DD. VV. deberi conuenit, nec modo Augustum, verùm etiam Augustanum dicere, non reformido, quod Imp. Augusto, olim suspensum, Coloniæ eius deductæ, quasi accrescere æquum est. Præsens igitur munusculum pro excellentissimâ vestrâ dignitate perexiguum, meâ autem tenuitate non minimum, si pacatâ quâ consuestis fronte complexi, approbaueritis, tum demum laborem verè improbum, fastidioque plenum, subiisse haud pœnitebit. Valete. Augustæ. Anno post Christum natum M. DCIII. Kalend. Sept.

MM. VV. DD.

deuotissimus

Ioannes Bayerus I. C.

CANDIDO LECTORI S.

SVMMAM HABERE LAVDATISSIMVM ASTRONOmiæ studium, adiunctam difficultatem cum iucunditate, tot & tantæ in publicum emissæ lucubrationes manifestè ostendunt. Multò enim esse præclarius, & homine dignius, cœlum potiùs, quàm cælata intueri, & hoc pulcherrimum opus, intermicantibus astrorum luminibus, tanquam floribus ornatum, quàm picta & ficta, vel gemmis distincta mirari, Lactantius lib. 6. c. 20. attestatur. perbenè igitur Ouidius.

Pronaque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumque videre
Jussit & erectos ad sidera tollere vultus.

Hæc astrorum scientia, superiores illos orbes, luminaque intermicantia considerat, quæ summa Omnipotentis bonitas architectata, mortalium seruitio destinauit; veram hanc & genuinam appello, non illam superstitiosam à S. Romanæ Ecclesiæ censurâ dignissimè notatam, cœlum inquam stellarum, in quo earundem robur, στερέωμα seu fundamentum, omnium animos in admirationem rapit, motuum amplitudo, & varietas stupefactos percellit. Huius doctrinæ dignitatem, eò ampliorem esse scimus, quò plurium artium fœcundiorem agnoscimus: fontem Geometriæ, quæ ad omnes conducit artes verissimè appellabimus; in suâ namque scientiâ habet veritatem, c. si quis artem. dist. 37. quam etiam ex prudentissimo Impp. Dioclet. & Maximian. decreto, discere atque exercere publicè interest. Non immeritò igitur Quintilianus lib. 1. Inst. Orat. c. 18. ratus, hanc omni ætate, pueris ad acuenda ingenia esse vtilem, aliis propter numeros & formas, ad publica obeunda ministeria summè necessariam. Iustitiam insuper, proportione Geometricâ & Arithmeticâ distribuimus, qualem præter alias Pandectarum & Codicis L L. Cuiacius ad L. Si ita scriptum. D. De lib. & posthumis, explicat: Aristoteles in distributiuam, quam appellat διανεμητικὴν, & commutatiuam, siue ἀλλακτικὴν, diuidit. Si rem familiarem administrandam suscipis, messis aut arationis tempus ignoras, cursum siderum, atque adeò Hesiodum consulas licet.

Πληϊάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομένάων
Ἀρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δ' ὅτε δυομένάων.

Damus itaque methodo Ptolemaicâ seu Ortelianâ, cœlestium siderum, quotquot hodie extare comperimus, Schemata, situs, & Schediographias, terminum descriptionis, Eclipticam, obseruantes, simili formâ, curâque, hactenus (si rectè iudico) minimè delineatas, rarò namque eiusmodi, & vt decet reperiuntur perfectæ. Sunt ex descriptionibus, Hipparchi, Ptolemæi, Alphonsi, & Copernici; per Tychonem Brahe ad trutinam examinatæ, nostroq; diutino intercisarum horarum labore adauctæ, & tui in gratiam commodumque, beneuole Lector, in publicum emissæ. Habes quasi omnia ab antiquis frequentata constellationum nomina, apta iuxta ac inepta, barbara, Arabica, Babylonica, Persica, dimidiata, & vt ita loquar dilaniata, non autem eo animo excusa, vt barbariem inde haurias, sed potiùs tanquam contrarium iuxta se positum magis elucescens, in saniorem & classicorum te traducat sententiam. Plurima igitur mala & corrupta, ac quidem ampliùs huc necessario translata, tibi auersanda, multa bona & polita, antiquorum auctorum nominibus connotata, tibi vnicè amplexanda. Huius mirandi ratio nulla est, vocabula enim cuiusque artis propria, non æquali significatu, ab omnibus scientiarum asseclis vsurpari solent, rectè vsurpata, facilè in errores abeunt. Hinc operis huius verba, proximis constellationibus passim apposita incautum pessimè decipiunt; nec enim Alphard nauis scuto, nec Aben Ezra Agitatori, sed hoc læuo bouis oculo, illud lucidæ Hydræ conuenit. Vnâ

etiam significatione, plures aliquando appellantur sideratione: cum Sirio & Procyone, Perseus canis; Spica cum Arcturo Azimech; Lyra cum Miluio vultur cadens denominatur: Similia offendes plura, quæ certè ad veritatem indagandam, maiorumque scriptorum dicta perspicienda, multùm prodesse possunt. In effingendis asterismorum imaginibus, quantum fieri potuit, veterum depinximus ornatum, cultumque antiquitatis amatoribus, forsan peracceptum, & idoneum; hinc poëtarum quorundam deprehendes argutias, temporum locorumque descriptiones, aliâs longissimis obductas periodis, elicies, nullo denique labore Rom. Impp. sæcula, cum hodiernâ rerum vicissitudine comparabis. Sunt Tabulæ secundum recentiorum opinionem duodequinquaginta, in quibus integra, & sæpius quoque terminantia aspicies sidera, sine & cum delineatione, formæ cuiuslibet certæ. Effigiatam si cognoscere nescis stellationem, sine imagine solis descriptam stellis aggredere, faciem totam, eâdem quâ cœlum, charta tibi hæc subministrabit, positione; modo etiam compendiosiori, cum primis studiosis, varias cognitionum gratiâ regiones, obeuntibus, accommodatiori, cum nullâ fermè difficultate, ab vnâ in aliam deuehantur Academiam; Sphæris seu globis magno pretio coëmptis, nec dum aptè (vt plerumque solet) accommodatis idem efficere ne quidem datur. Tres continet partes, Borealem, Zodiaci, Australinam, circulos quinque parallelos, quorum extremi sunt Arcticus, & Antarcticus, vtrinque sequentes Tropici, Æstiuus Cancri, Brumalis Capricorni appellatus; in medio horum ἰσημερινὸς, Æquator, seu Linea, Autenus.

Ast illi celsæ quâ tramite panditur æthræ
Indicium est Aries: hunc totum Liñea quippe
Sustinet.

Æquinoctialem, tropicos vtrinque contingens Zodiacus seu signifer, intersecat, quem cum Circulo Lacteo solum, Sphæræ latum exhibent, hic indefinitæ latitudinis, ille sedecim graduum amplitudine descriptus, præ cæteris, librum inspicientibus occurrit. Dodecatemoriorum principia, ex vtroque Ecliptica polo, lineæ deductæ, aperiunt, & stellarum altitudines demonstrant. His si vel aliqualem Astronomicorum fundamentorum adhibueris cognitionem, cum singula hîc tradi, non sit præsentis negotii, breuissimo temporis spacio fructum percipies non contemnendum. Vale, studium & operam æqui bonique facito.

ΤΟΙΣ ΕΝΤΕΥΞΟΜΕΝΟΙΣ.

Δεῦτε νέοι τε ὁμῶς ἠδ' αἰδοῖοί τε γέροντες,
Καὶ μέγα ἐυμβρυέες θαῦμα ὁρᾶτε τόδε.
Διὸς Ἰωάννης ἕλκων ἀπὸ πατρίδος αἴης
Τέκνομα, τεῦθ' ἡμῖν ἔργον ἐδωκεν ἔχειν.
Ὅσσα πατὴρ θεὸς ἐσήλιξεν ἐπ' οὐρανῷ ἄστρα,
Σήματα τοῖς μογεροῖς ἀνδράσι δῆλα ἔμβρ.
Τόσσα Ἀθηναίης χειρῶν δεδιδαγμένος ἀνὴρ,
Εὖ καὶ ἐπισταμένως τοῖσδ' ἐνέγραψε τύποις.
Ὅσις νῦν δύνοται ὁμῶς κ' ἀνίουῖ ἐπιθυμεῖ
Ἄστρα ἐπιγνῶναι, ἐλθέτω ὧδε ταχύς.
Αὐλίκα δ' ἠελίου τε μέγαν λαμπρήν τε σελήνην,
Νόσφιν ἄτερτε πόνου βλέψει ἐν ὄμμασ' ἔχων.
Ἐνθάδ' ἅμα τροχόωσ' ἅρτοι, ἢ ὁσαὶ ἄμαξαι,
Θρέπτειραι δ' ἦσαν τοῦ μεγάλοιο διός.

Τὰς

Τὰς διὰ ἀμφοτέρας ποταμῷ εἰλεῖται ἐοικὼς
Τοῖς θνητοῖς φοβερὸν καὶ μέγα θαῦμα, δράκων.
Ἔστι δὲ κ' εἴδωλον, τὸ μὴ ὅτις ἐπίσταται εἰπεῖν,
Τί περάτλει, γνῶναι ἀμφαδὸν ἠδὲ σαφῶς.
Αὐτῷ κἀκεῖνον στέφανον Διόνυσος ἔθηκεν,
Σῆμα λιποιχομένη τῆ Ἀριάδνη ἔμεν.
Σκέπτεο δὴ ὦμος ὀφιοῦχος φόδρα φαεινὸς,
Καὶ χηλῶν μεγάλων φῶς μὴ ἀγανὸν ὄρᾳ.
Ἐνθάδε κ' ἀρτοφύλαξ φέρεται ἐλάσσονι ἐοικὼς,
Ἰχθύες, ἀρκτοῦρος, καρκίνος ἠδὲ λέων.
Ἡνίοχός τ' ἔριφοί θ', ὕαδες τε καὶ ὠλενίη αἴξ,
Πὰρ ποσὶν ἡνιόχου ταύρου ἔνεσι κέρα.
Καὶ κηφεὺς ταινύων χεῖρας καὶ δάκρυα λείβων,
Δαμονίη τε δάμαρ καστιέπεια πάρα.
Ἀνδρομέδης μάλα αἰνὸν ἄγαλμα κυλίνδεται ὧδε,
Τῆς ἀστερόεσσαν κεῖται ζώματα πάντα ἔτι.
Παρθένος αἰγλήεντα στάχυν μετὰ χερσὶ φέρουσα,
Ἄνδρας ἔτι συγερὸς μισέει ἠδὲ συγεῖ.
Ἀλλ' ὅτις πάντας δύναται τοὺς ἀστέρας εἰπεῖν,
Οἱ ἀστρυκλίνδονται αἰὲν, ἄνευτε τέλους.
Εἰ μὴ Ἰωάννης ἔτος πάνυ ὄβριμος ἀνὴρ,
Ἐν βραχέσιν τούτοις ἄστρα πίναξι γράφων.
Ἀλλὰ ἐπειδὴ ὁ ζεὺς ἀνθρώποις ἤπιός ἐστι,
Δεξιὰ σημαίνων καὶ ἐπὶ ἔργον ἄγων.
Χρήμιν ἀεὶ πρῶτόν τε καὶ ὕστατον ἱλάσκεσθε,
Καὶ ταυτῷ ὕμνους, κάλλιμα δῶρα, φέρειν.
Ὅτ' ἀνέμων, ὑετοῦ τε ὁμῶς, καὶ χείματος αὖτως,
Οὐρανοῦ εἰν ἐδάφει σήματ' ἔθηκεν ἑοῦ.
Ὅτ' ἀρότας ἀρότοῦ ὥρας αὖ δεξιὰ, εἶπεν,
Ἄμπτον δείξας ἐρχομένοιο θέρους.
Ἀλλὰ θεασάμενος τόδε τε μάλα χρήσιμον ἔργον,
Εὖνις συγνώμην σφάλμασι πᾶσιν ἔχε.
Οὕτως ἱλάσκοιτ' εἶν καὶ ἤπιος εἴη,
Ἄστρα διακρίνας, τοῦ γένος ἐστὶ, πατής.

IN VRANOMETRIAM CLARISSIMI DOCTISSIMIQVE VIRI D. IOANNIS BAYERI. I. C.

Ὄλβιός ἐστι Ἰωάννη καὶ ἀοίδιμος αἰεὶ,
Τῆς σε λιπὼ ζαθέης πατρίδος ἄνομ' ἔχων.

Οὔτε

Οὔτε τις ἐκ θνητῶν σε γυνὴ τοὶ ἐγείνατο μήτης,
Ἐκ τῶν Μουσάων σοι γένος ἐσὶ καλόν.
Μνημοσύνη μὲν γὰρ κεδνὴ τέκεν ἐννέα Μούσας,
Ἐν τῇ πιειρῇ πατρὶ μιγεῖσα Διΐ.
Αὐτάρ σ' ἠρανίη πασῶν περιφερεσάτη ἔσα,
Γείνατ', ἐπιχθονίοις ἀνδράσι δόξαν ἔμεν.
Πρῶτος γὰρ μεγάλα ἡμῖν ἔδ' Ἀρήτα ἄμεινον,
Εἰκόσιν ἐν ταύτης ἄστρα ἔδωκας ὁρᾶν,
Ἴσην ἓν ἔξεις τῷ ἐκείνῳ πάντοτε μοῖραν,
Ἢ πολὺ καὶ μεῖζόν σοι κλέος ἔσαι ἀεί.
Ἀθάνατος ζῆσον καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα,
Καὶ μέμνησο ἐμοῦ καί με φίλησον ἄμα.

Caſpar Graſpergerus VVaidhouianæ Eccleſiæ presbyter.

CARMEN
RAIMVNDI MINDERERI D. MEDICI ET REIP. AVGVSTANAE PHYSICI.

INuiſas alii terras glaciemque pererrent
Marmoris æquorei, fluctusq; Aquilone rigentes
Claſſibus, atq; domum nudi noua monſtra reportent;
Altius humanis ſapiens TV SIDERA PANDIS
Et Phœbi ſcandis fato meliore quadrigam
Quàm puer infelix flammis qui miſcuit orbem,
Nec tu Theſſalicum celeri vertigine Rhombum
Voluis vt ex æthræ deducas fornice Phœben.
Aſtrorum te ſponte ducem chorus omnis adorat
Et cœlum omne tuo properat ſe ſubdere cœlo.
Quid tibi pro tantis Joannes imprecer auſis?
Infra nos ponis quem ſupra cernimus axem
Deſpicimusque ignes proni, quos ante ſupini
Pluribus ignotos ſuſpeximus admirantes
Non tibi ſe tellus non totus debeat æther?
Parrhaſis excipiat ploſtro, ducatque Bootes
Serus, nam ſerum tellus dimittere vouit.
Nonne Jouis te magna ſoror coniuxque vehentem
Per callem ducat, quem lactea ſemita ſignat?
Donec ad illuſtrem radiis aruoque micantem
Aſpires thalamum Clarii, cinctusque corona
Lumina quæ rutili complectitur aurea cœli
(Nam labor aſtrorum tam nobilis aſtra meretur)
Æternum referas peperit quem cura triumphum.

CORRIGENDA.

In Tabulâ primâ. a. verſu. 26. Zodaici, lege Zodiaci. verſ. 30. Dodecatemorea, lege Dodecatemoria. In tab. 3. b. ver. 11. Colorus. Colurus. In tab. 4. a. ver. 37. Sphera. Sphæra. ver. 35. tropicus. tropicos. In tab. 7. b. ver. 23. manu. manus. ver. 48. tam. tàm. In tab. 11. b. ver. 13. Ptolomæo. Ptolemæo. In tab. 16. b. ver. 7. Id. Ad. In tab. 17. a. ver. 3. Amphitrites, vector Arionis, Smon nautis, lege, Vector Arionis, Amphitrites, Simon nautis. In tab. 19. b. ver. 20. ſæculo. ſaculo. In tab. 20. a. ver. 21. munu. manu. In tab. 21. a. ver. 21. pro 700. lege 719. In tab. 23. a. ver. 22. ὠμοπλάτη. ὠμοπλάτη. In tab. 25. a. ver. 6. brahio. brachio. b. ver. 17. qualem apud Guilhelmum de Choul, Alexandri Mammeæ, Neronis, &c. In tab. 29. a. ver. 21. aculeio. aculeo. In tab. 30. a. ver. 10. λογ́χη. λόγχη. ver. 18. σφυρῳ. σφυρῷ. In tab. 31. b. ver. 8. quidem. quidam. ver. 32. ſæculo. ſaculo. In tab. 34. b. ver. 7. hic gibbum, ille curuaturam deſcribens. lege quorum hic gibbum, ille curuaturam deſcribit. In tab. 36. b. ver. 1. E. Nares Ceti. ver. 2. Phœnix. Phœnix. H. Pedes. Geminorum. lege H. Pedes Geminorum. In tab. 37. a. ver. 4. λεποος. λέποις. In tab. 40. b. ver. 21. κλημάτων. κλημάτων. In tab. 46. a. ver. 4. Higyno. Hygino.

PARS PRIMA.

PARS PRIMA.

Complectens, nomina omnium conſtellationum, quæ ab Ecliptica ad eius polum Boreum vergunt, vnà cum ordine, numero antiquo, nouiterq; adaucto, longitudinibus, latitudinibus, atquè magnitudinibus Stellarum.

TABVLA PRIMA.

VRSA MINOR.

SEptentrio, Arctos minor, Cynoſura, Phænice, Αμαξα, Plauſtrum ſeu Ploſtrum minus, Eruccabah, Ezra.

DIARTHROSIS.

1	α	CAuda extima, ſeu ſtella polaris, nauigatoria, Stella maris, la tramontana, Alruccabah, ſeu Ruccabah Iſmaëlitis.	2 Secundæ.	differentiæ.
6	ε	Earum quæ in ſeq: latere auſtralior. Kochab.		
7	γ	Eiusdem lateris borealior.	1 Tertiæ.	
2	δ	Sequens ab Alruccabah, χορευτὴς πρῶτη.		
3	ε	In eductione caudæ, χορευτὴς δευτέρα.	3 Quartæ.	
4	ζ	In latere quadranguli præcedente, auſtralis.		
5	η	Eiusdem lateris borealior.	1 Quintæ.	
8	θ	In latere quadranguli p̃cedente, auſtralior.	1 Sextæ.	

Omnes de natura ♂ & ♀.

Reliquæ paſſim adhibitæ, & omnibus propè ſideribus quaſi adſperſæ, in formas ab antiquis frequentatas, aptè cogi non potuerunt: idcirco ἀμόρφωτοι, id eſt informes, ab aliis ἀποφάδες, ſeu ſparſiles appellatæ, diarthroſin nullam ſortiuntur.

A Polus Zodaici Boreus.
B Polus mundi noſter ſeu Arcticus.
C Periphæria poli B. circa polum A.
D Circulus Arcticus.
E Dodecatemorea ſigni cuiuſlibet Charactere proprio ſubſignati.
F Colurus æquinoctiorum.
G Colurus Solſtitiorum.
H Periphæria ſtellę polaris circa polum Mundi B.

Ad læuam extima numerorum ſeries, antiquum, modernumq; ſtellarum ordinem deſignat. Succedens alphabetaria, hanc noſtram præfigurat, collectaq; cuiuslibet Schediographiæ, æqualis magnitudinis aſtra repræſentat: ſparſim quoq; per has tabulas cifræ, ſeu rotulæ, ſtellarum radiis annexæ, occurrent, quas dictarum centra interpretaberis.


γ
η
ζ
θ
α
A
C
D
E
F
G
H
00
70
75
80
85
90
65
60

VRSA MAIOR.

Cynosuris, Plaustriluca, Licaonia, Parrhasis, Mænalis, Erymanthis, Nonacrina, Septentrio, Arctos maior, Maxima Hyginio, Magna Ouidio, Αμαξα μεγὰ, Plaustrum seu Plostrum maius, Germanis Hõrwagen/ Ελικῶπις Homero, Helice, Callisto, Megisto, Elix, Arcturus, Dubhelacbar, in tabulis Elkeid.

DIARTHROSIS.

16	α	QVæ in Humero, Dubhe, πρώτη τῆ πλινθίω.	Septem Triones.	Secundæ.
17	β	Quę in Ilibus, δευτέρα τῆ πλινθίω.		
19	γ	In Sinistro crure posteriore. τρίτη τῆ πλινθίω.		
18	δ	In eductione caudæ. τετάρτη τῆ πλινθίω.		
25	ε	Prima post eductionem, Λαγὼν, Υπόζωμα, Risalioth, Mirach, rectiùs Aliath, Micar, vel Mizar.		
26	ζ	Media earum.		
27	η	Extrema cauda, Benenaim, Benenatz, correctiùs Benetnasch, Elkeid.		
11	θ	In genu sinistro anteriore.	3	Tertiæ. differentiæ.
12	ι	Duarum in extremo pedis dextri, borealis.		
13	κ	Altera australis.		
20	λ	Duarum p̃cedens in pede sinistro posteriore.	14	Quartæ.
21	μ	Sequens.		
23	ν	Duarũ quę in pede dextro posteriore, borealis.		
24	ξ	Quæ magis ad austrum.		
1	ο	In naso, barbaris muscidâ.		
3	π	In oculo australior.		
4	ρ	In fronte præcedens.		
5	σ	Sequens.		
8	τ	Infima & sequens in paruo colli triangulo.		
9	υ	In pectore borealior.		
10	φ	Australior.		
22	χ	In sinistrâ cauitate pedis sinistri posterioris.		
28	ψ	In eiusdem genu sequens.		
29	ω	Antecedens.		


α
β
γ
δ
ε
ζ
η
χ
ρ
π
τ
h
c
b
o
d
M
K
L
B

2	A	In oculo borealior.
7	b	Infima & præcedens in paruo colli triangulo.
30	c	In apice trianguli.
6	d	In aure ſiniſtrâ.
14	e	In genu dextro priore.
15	f	Sub ipſo genu.
32	g	Mediam caudæ ſequens, Alcor, Eques.
31	h	In collo ſupra paruum triangulum.

8 Quintæ. { differentiæ.

Omnes de naturâ Martis.

I	Circulus Arcticus.
K	Colurus æquinoctiorum.
L	Principia dodecatemoriorum.
M	Coma Berenices.

TABVLA TERTIA.

DRACO

ΔΡΑΚΩΝ, Serpens, Anguis, Heſperidûm Cuſtos, Palmes emeritus, Coluber arborem conſcendens, Python, Monſtrum Germanico, Azophi Arabi, quinque dromedarii, duoque Lupi, Aben, Taben, Etabin, In mappa Turcica, Etanin.

DIARTHROSIS.

29	α	ANte penultimam caudæ ſequens.	1	Secundæ.
3	β	Duarum lucidarum in capite, præcedens.	10	Tertiæ.
5	γ	Sequens, vulgò lucida capitis, Rastaben, Etanin. Aratus Athenis. κείνη πᾶ κεφαλὴ τὴ νήχεται. Scholiaſtes, ἐπ' ἀκροῖς τᾶ ὠκεανᾶ ὕδασιν ἔρχεται.		
11	δ	Secundæ flexuræ, ſeu quadrilat: Borealis lateris ſequens.		
13	ε	Eiusdem quadrilat: Auſtralis lateris ſequens.		
24	ζ	Trium, quæ in rectum ſequuntur, polo vicinior.		
25	η	Has tres ad occaſum ſequens. ♄		
26	θ	Vltimum caudæ tortum præcedens. ♄		
27	ι	Verſus occaſum, ad vltimum caudæ tortum. ♄		
30	κ	Penultima caudæ. ♄		
31	λ	Poſtrema. ♄		
1	μ	In lingua.	14	Quartæ differentię.
2	ν	In ore, ſeu rictu.		
4	ξ	Ad genam, barbari grumium dicunt.		
9	ο	Primam colli ἐπισφφλῶ proximè ſequens.		
10	π	Secundæ flexuræ, ſeu quadrilat Borealis lateris, antecedens.		
12	ρ	Eiusdem flexuræ, Auſtralis lateris præcedens.		
14	σ	Trianguli clarioris, in ſpirâ ſecundâ, antecedens.		
15	τ	Sequens ad Auſtrum.		
16	υ	Quæ ſupra hanc.		
17	φ	Sequentis trianguli Borealior.		
18	χ	Auſtralior.		
19	ψ	Tertia.		
21	ω	Duarum polo Zodiaci proximarum, antecedens. ♄		
20	A	In flexurâ nodi tertii. ♄		



6	b	In tortu, ſeu ἐν τῇ καμπῇ πρότέρα, Borealior.	8 Quintæ.
7	c	Auſtralior.	
8	d	Media.	
32	e	Inter decimam, & brachium Cephei, paruula.	
33	f	Duarum polo Zodiaci proximarum, ſequens.	
22	g	Trium, quæ in rectum ſequuntur, Auſtralis. ♄	
23	h	Media earundem. ♄	
28	i	Antepenultima Caudæ. ♄	

Iouiales cum Saturno reliquæ.

k Polus mundi noſter, cardo, vertex, Scythis Hamaxobiis, Clauus ferreus. L. Polus Zodiaci, & Solſtitiorum colurus. M. Æquinoctiorum Colorus. N. Circulus Arcticus nobis, alius ab antiquo, illum ſphęræ Isagoge tradit, hunc Proclus antiquorum more deſcribit. ὁ μὲν γὰρ ἀρκτικὸς κύκλος, ἀφορίζει, τὰ ἀεὶ θεωρούμενα.

Vetuſtorum Schemata, in aſtrorum χέσει, ſeu poſitu, plurimùm aberrant, alio igitur niſi antiquitatis nomine, non ſuſpicienda: fingunt Draconem in litteræ. S. formam, minori, maioriq; ferâ interlabi; potius cum Hygino, minorem fermè concludendo, caudâ flexâ, quaſi caput maioris attingens, in ſpiram complicatur.

TABVLA QVARTA.

CEPHEVS

ΚΗΦΕΥΣ, Nonno ΒΑΣΙΛΗΪΟS ΑΝΗΡ,

Dominus Solis, Flammiger, Incensus Sonans, Iasides, frequentiùs Phicares, quasi πυρκαεὺς, Cheichius, Cancaus, Cheguius, Ceginus.

DIARTHROSIS.

4	α	SVpra sinistrum humerum, Aderaimin, corruptè Alderamin.	3 Tertiæ.	
3	β	Sub cingulo ad sinistrum latus.		
2	γ	In femore dextro.		
12	δ	In fronte, quibusdam informis.	7 Quartæ.	differentię.
9	ε	In tiarâ, ἐν τῷ στεφάνῳ νικηταείῳ, prima.		
10	ζ	Altera.		
5	η	Ad manum sinistram, ἐν τῷ ὠλεκράνῳ, Australis.		
6	θ	Borealis.		
8	ι	Supra humerum dextrum.		
1	κ	In femine sinistro.		
11	λ	Tiaræ propè auriculam, tertia.	7 Quintæ.	
13	μ	Vltima.		
14	ν	In ceruice.		
7	ξ	Ad humeri dextri sumitatem, ἐν τῷ ἀκρωμίῳ.		
15	ο	In dextro brachio, ἐν τῷ ὠλεκράνῳ.		
16	π	Apud Cotylam dextram.		
17	ρ	In femine dextro.		

Iouis, & Saturni, participant naturam.

Secundùm Arabes, Stellæ, η. θ. alas. γ. verò, κ. π. ρ. quas partim restituimus, Pastorem, Canem, & oues constituunt.

A Polus Arcticus, Maroni vertex sublimis, quem græci ἀπὸ τῦ πολεῖν, versare, deducunt; Consule Macrobium in somno Scipionis lib. 1. c. 16. Aristotelem libello de mundo, Τᾶ δὲ σύμπαντ@ ἀερανᾶτε, &c.

B Polus Eclipticæ.

C Phænice, aliis Dhub Elezguar.

D Circulus lacteus, Iunonius, ὁ γαλαξίας, vestigium Solis, Ptolemæo Fascia, Zona, via lactis, Perusta, vulgò D. Iacobi. Constat hic circulus, ex tenui nebulosa substantia, aliqua sui parte latiore, aliqua angustiore, super tropicus obliquatus. Achilles Statius, ὁ γαλαξίας ἐσὶν, ὁ ἐν τῇ σφαίρᾳ κατακεκεισμέν@, κηρῷ λευκῷ. Non λόγῳ θεωρητικὸς, vt penè omnes reliqui Spheræ circuli, sed quia visu notatur, hîc ceu fluminis diuerticulo, sensilis est.


B
C
D
α
β
γ
δ
ε
η
ζ
ι
κ
λ
μ
ν
ρ
σ
τ
υ
χ
ψ
ω
Ω
♈
♉
♊
♋
♌
♍
♎
♏
♐
♑
♒
♓
♑
♐
♏
♎
♍
♌
♋
♊
♉
♈
♓
♒

Pes dexter, Vrſæ maioris, interpretandus ſiniſter, hic dexter: hoc non fortuitò, ſed conſultò exempli loco fieri curauimus, ratio attentiùs conſideranti facilè patebit. Hîc in Cepheo & quaſi omnibus noſtris ſeqq: deſcriptionibus, pro dextro, tabulæ Ptolemæi, Alphonſi, Copernici, Tychonis, &c. Siniſtrum, & vice verſa, ſubſtituunt, quod obſeruandum.

TABVLA QVINTA.

BOOTES.

ΒΟΩΤΗΣ, Bubulus, Bubulcus, Q. Ciceroni Bootis, Arab: Thegius, Βοωτὴς, Clamator, Vociferator, Plorans, Ἀρκτοφύλαξ, Plaustri Custos, Philomelus, Arcas, Icarus, Lycâon, Isidoro Arcturus minor, quibusdam Septentrio, Hesychio Orion, Auenzræ Canis latrans, In mappâ Turcicâ Οἰσοφόρος, Sagittifer, Arab: Ariamech, rectiùs Aramech, Cheguius, seu Ceginus, Lanceator.

DIARTHROSIS.

23	α	IN fimbriâ tunicæ, olim informis, Ἀρκτοῦρος, Isidoro quasi Arctuzona, Arab: Gladius, aut Pugio, Bootes, Aramech, Alramech, Azimech, seu Azimeth, Alkameluz, Kolanza, Homero Ὀψὲ δύων, Plinio Sidus horridum. 84.	1	Primæ.
6	β	In capite.		
5	γ	In sinistro humero, Ceginus. Placuit hîc Manilii versum 22. lib. 3. Obseruare; prona Lycâonia, vndè & Hipparchus, ἅπαντα ἀσεληνίαστα φησὶ τὴν μεσημβρίαν ἤπειρον.		
7	δ	In dextro humero, supra Coronam.		
16	ε	In dextro femoris, iuxta Cingulum, Tabulæ Alphon: φείζωμα habent, de quo Cuiacius obs. lib. 10. c. 18. ad L. 45. D. De auro argento, &c. Arabes Merer, seu Mezer, quidã Mirach, vel Mirac indigetant.	6	Tertiæ.
19	ζ	In dextrâ tibiâ.		
20	η	In sinistrâ tibiâ, Borealior trium.		
1	θ	In manu sinistrâ, trium, Borealior. Asellus primus.		
2	ι	Media, Asellus Secundus.		
3	κ	Australior. Asellus tertius.		
4	λ	In brachio, seu ἐν τῷ βραχίονι sinistro.		
8	μ	In Colorobo, Virgilius pedum formosum paribus nodis, atq; ære, Ptolemæus hastam, Κολόβοδον, Hesychius Καλάυροπον, Hyginus Ῥόπαλον, Clauam: alii Καλάυροπα, hastile cautũ, Venabulum, Incalurum, Arab: Alkalurops, dicunt.		
9	ν	Hâc Septentrionalior antecedens, ἐν τῷ λαγωβόλῳ extremo, pedi dextro Herculis communis.	13	Quartæ.
24	ξ	Iuxta dextrum genu.		
25	ο	In surâ dextrâ, Borealior.		Magnitudinis.
26	π	Australior.		
18	ϱ	Antecedens, & superior in ventre.		
17	σ	Sequens & inferior.		
21	τ	In sinistro crure media.		
22	υ	Australior trium.		

N
M
L
E
P
α
β
γ
δ
ε
ζ
η
θ
ι
κ
λ
μ
ν
ξ
π
ρ
σ
τ
υ
φ
χ
ψ
A

11	φ	Septentrionalior ſequens, ἐν τῷ λαγωβόλῳ extremo.		
10	χ	Iuxta Coronam ἐν τῷ λαγωβόλῳ.		
12	ψ	In dextrę manus ſumitate præcedens.	5	Quintæ.
13	ω	In volâ antecedens.		
27	A	Sub humero ſiniſtro.		
14	b	In dextræ manus ſumitate ſequens.		
15	c	In volâ ſequens.		
28	d	Sub cingulo lateris ſiniſtri.		
29	e	In fimbriâ propè pedem ſiniſtrum.		
30	f	In eâdem ſequens Arcturum.	9	Sextæ.
31	g	In ſiniſtræ manus pollice.		
32	h	In falce, prima, aliis Marrâ, Heſychio, Mergâ, Μαρρῷ ἐργαλείῳ, Plinio Falce Italicâ, Mediâ, ſeu breuiore.		
33	i	Secunda coniunctarum auſtralior.		
34	k	Borealior.		

Omnes præter 23. Saturnum cum Mercurio ſequuntur.

L. Azimeth, ſeu ſpicarum manipulus, qualem doctiſs. Scaliger, cum Hug: Grotio, ſuſpicabatur, nosq; ex peruetuſto M. S. eruimus Codice. Aratus cum ad virginis ſidus, ſtellas quasdam, ſine nomine, ſparſas enarraſſet, ſubiunxit Theon. οἱ δ' ἠλακάτιον αὐτὰς λέγουσι. Κόνων δὲ μαθηματικὸς, Πτολεμαίῳ χαριζόμενος, Βερενίκης πλόκαμον ἐξ οὐρανοῦ κατηστέρισε. Hodie comam τῷ φυλλῷ κισσινῷ helici ſimilis, πλοκαμῶδες συσπερφὲς, πλόκαμος, βόστρυχος, Berenices, vel Beronices, Cincinnus, Cæſaries, Roſa, denominatur; multi Tricas, Tericas, Triquetras, crines, &c. dicunt.

M. Benenaex, ſeu τὸ ἀμάξης μεγάλης extremitas. N. Corona Sep: O. Caput Serpentis.

P. Tropicus æſtiuus. Q. Colurus æquinoctiorum.

Antiquorum poëtarum ſæculo, Arcturus Romæ, prid. Non. Coſmicè, Nonis Sept. Heliacè, hirundinum cauſans abitum, oriebatur: de quo Thucydides lib. 2. Vbi Lacedæmonios ab obſidione Plateæ, περὶ τὴν ἑσπέραν τὴν ἐπὶ Πλάτῃ ἔδυ ἀρκτοῦρος, parte exercitus ibi relicta, diſceſſiſſe tradit. X. K. Dec. quo nautæ ſolennitatem faciebãt, occidebat; huius occaſu matutino XI. K. Iun. Luſtratio ſegetũ celebrabatur, qui hanc peragebant, certum Carmen inſuſurrabant, & tædâ, ſcillâ, ouis, ſulphure, &c. circumpurgabant. Luçianus, Turnebus lib. 9. c. 10. Alios Arcturi ortus, obitusq; ſubminiſtrant, Plinius lib. 2. & 18. c. 26. & 31. Heſiodus lib. 2. Ouid. 2. & 3. Faſt. Columella lib. 9. c. 14. lib. 11. c. 2.

Noſtris temporibus, VI. K. Octob. Cum Sole, Vindelicis, emergit, XV. K. Ian. eisdem occumbit.

TABVLA SEXTA.

CORONA.

Borea, Septentrionalis, Vulcani, Theſei, Ariadnæ, Minois, Album: Cœlum, Azophi Parma, πρῶτος στέφανος, In Arabica mappa, Aclilu-ſchemali, Chaldæis Malphelcarre, quod eſt ſertum pupillæ.

DIARTHROSIS.

1	α	LVcida Coronæ, Manilio, quæ proxima frontem, Ptolemæo, Λαμπρὸς ἀστὴρ Maroni, & Ruffo, Gnoſſia, ſeu Gnoſia, Arab: Pupilla, Mumir, Babiloniis, Alpheta, fortè Munir, Alphecca, ſeu Alphacca.	1 Secundæ.	
2	β	Præcedens hanc ad Boream, prima.		
5	γ	Quæ ſequitur lucentem ab Auſtro, prima.		
6	δ	Secunda.	5 Quartæ.	
7	ε	Tertia.		
14	ζ	In lemniſco præcedente, tertia.		
11	η	Iuxta pedum Bootis, ſequens.		
3	θ	Ad Boream præcedens, ſecunda.		
8	ι	Ad Auſtrum ſequens, quarta.		
12	κ	In lemniſco præcedente, prima.	8 Quintæ.	Differentiæ.
13	λ	Secunda.		
15	μ	Quarta, & vltima.		
18	ν	In lemniſco ſeq: tertia.		
19	ξ	Quarta.		
10	ο	Iuxta pedum Bootis, antecedens.		
4	π	Ad Boream præcedens, tertia.		
9	ρ	In commiſſurâ.	6 Sextæ.	
16	σ	In lemniſco ſeq: prima.		
17	τ	Secunda.		
20	υ	Quinta ſeu vltima.		

Omnes Venereæ Mercurio attemperatæ.

φ Tropicus Cancri, ἡ τροπὴ, Auieno Pulſus. Saluſtius, Orion oritur iuxta Solis æſtiui pulſum. χ. Caput Bootis. ψ. Caput Herculis. ω. Caput Serpentis.

Habes candide lector, ex noſtris conatibus, reſtitutam, aut ſi mauis exactiori curâ & labore delineatam Coronam, quam alii lauream, quidam myrteam, multi radiatam autumant; nos Hederaceã cum corymbis, λεμνίσκων δύο κατηγημένων, ſubſtituendam duximus, qualem Græciæ magnæ numiſmata exhibent, nobiſq; Capella, & Manilius lib. 5. ſeqq: verſ. deſcribunt.


F

Hoc quoq; Nysiacis quod sparsum floribus ardet,
Multiplici ambitum redimitur lumine Sertum.

Tali dono, Bacchus (vt ait qui Cretica conscripsit) Ariadnam coniugem honoratam, Faunis currum stipantibus abduxit, quod apud Guilhelmum de Choul, Neronis numisma testatur, & Propertius. Lyncibus in cœlum vecta Ariadna tuis.

Antiquitus nulla nisi Deo dabatur Corona, Plin. nat. hist. lib. 16. c. 5. Feruntq; primum omnium, Liberum patrem, imposuisse capiti suo, ex ederâ. Hinc Alexander, ob raritatem, victorem exercitum, exemplo Liberi patris, hederâ Coronatum, ex Indiâ reduxit. Auream Coronam ante Homeri tempora Proph. Dauid, talenti pondere, lib. 2. Reg. c. 12. vsurpauit: alteram, quam publicus minister, eodem curru triumphali vectus, supra Caput Imperatoris tenebat, Iuuen. Sat. 10. decantauit; neutram, vt nec nouum regalis diadematis genus, huc quadrare suspicor. Mouet quoq; nomen Alphacca, id est dissolutio, quod muros ac sepulchra, passim rumpat, ac dissoluat Chrysocarpon. Plin. lib. 16. c. 35.

Veteres fasciolis, seu phyliris colligata serta habebant, Horatius, Displicent nexæ phylirâ Coronæ. Phyliram latini tiliam appellitant, ex cuius funiculis, fasciolę de Coronis pendulæ, antiquorum honore celebres, conficiebantur, propter Hetruscos, iungi nisi aureæ non poterant. De lemniscis Tertullianus lib. de Coronâ militis, Herodianus, Nicas, & Capella Martianus lib. de Philologiæ nuptiis. 2. Phyliram lanitii modo ductilem, aptamq; scripturis, tradit Vlpianus. L. 52. Librorum appellatione. D. De leg. & fideicom. 3. Paulus recept. sent. lib. 3. tit. 6. hoc versu. Libris legatis, Chartæ, Volumina, membranæ & phyluræ continentur.

Corona olim Atticæ. VI. K. Cæsari. VIII. K. Octob. Antiquioribus Romę. XVII. K. Alexandriæ. VII. K. Octob. oriebatur, Romanis. XV. K. Ian. Alexandrinis prid. K. Decemb. occidebat. Nostro sæculo, Rætis, & Noricis, fulgens in Coronâ VI. K. Octob. ascendit, prid. Idus Ianua. descendit.

TABVLA SEPTIMA.

HERCVLES.

ΕΝ ΓΟΝΑΣΙ, Ingeniculus, Prociduus in genua,

Incuruatus in genu, Genu flexus, Nixus, Ὀκλάζων, Homero γνὺξ ἑιπών. M. T. Ciceroni Nisus, Vitruuio vt quidam volunt, Nessus, aliis Saltator, Aper, Cetheus, Theseus, Alcides, Ixion, Prometheus, Thamyras, Orpheus, Arato Εἴδωλον ἀπευθὲς καὶ ἄϊσον, nomen antiquissimum, Imago laboranti similis, Algiethi, veriùs Algethi, Alphonsinismalè Rasaben, Arab. Elgeziale rulxbachei, Persis Ternuelles.

DIARTHROSIS.

1	α	IN capite, Ras Algethi. ♂. ♆.	9 Tertiæ.	
2	β	In sinistro humero trium Borealior, Rutilicum barbari dicunt.		
3	γ	Trium Australior.		
5	δ	In dextro humero.		
12	ε	In latere dextro.		
11	ζ	In sinistro.		
23	η	In eductione femoris sinistri.		
18	θ	In dextro genu.		
19	ι	In imâ dextræ suræ parte.		
4	κ	In manu sinistrâ, media, Tabulæ ὠλέκρανον, seu ἀγκῶνα, Marsic, seu Marfic, id est reclinatorium, Dores κύβιτον vocant.	14 Quartæ.	
6	λ	In dextro ὠμοπλάτῃ occidentalior, Arab. Maasym.		
7	μ	Orientalior.		
9	ν	In exuuiis, trianguli Borealior, ἐν τῇ δορᾷ ἠλεοντῇ.		
8	ξ	Australior.		
10	ο	Tertia, ἐν τῇ γωνίᾳ.		
15	π	Præcedens in dextro femore, prima.		
17	ϱ	Tertia.		
24	σ	In femore sinistro, Australior.		
25	τ	Iuxta genu sinistrum, Borealior.		
26	υ	Duarum in surâ sub eodem genu coniunctarum, præcedens.		
27	φ	Sequens.		
28	χ	In dicta surâ Australior.		
29	ψ	In talo, seu pedis extremo, κοινὸς ἀστὴρ τῶ ποδὸς τῶ Ἐνγόνασι, καὶ τῆς καλάυροπος.		Differentiæ.


AA
BB
CC
DD
EE
FF
GG
G

30	ω	In Clauæ parte Septent. prima, ſic dicta, quod clauis ferreis ſit religata, & eſt cubito ſemis facta in longitudine; hæc & Cateia, quam Horatius Caiam appellat. Iſid. lib. 18. c. 7.	
31	A	In leonis exuuiis extra triangulum Borealior.	
32	b	Auſtralior.	8 Quintæ.
14	c	In eductione femoris dextri Borealior.	
13	d	Auſtralior.	
16	e	In dextro femore, ſecunda ſeu media.	
33	f	In dextri pedis ſurâ.	
34	g	In femine ſiniſtro, paruula.	
35	h	In Clauæ parte Sept. ſecunda.	
36	i	Tertia.	
37	k	Quarta.	
38	l	Quinta.	
39	m	Sexta partis Auſtralis.	
40	n	Septima.	
41	o	Octaua.	
42	p	Nona.	17 Sextæ.
43	q	Inmanu ſiniſtrâ orientalior.	
44	r	Occidentalior.	
45	ſ	In ſiniſtro humero trium, media.	
46	t	In dextræ manu viriolâ.	
47	u	In ventre Borealior.	
48	w	Auſtralior.	
20	x	Iuxta calcaneum pedis dextri, prima.	
21	y	Secunda.	
22	z	Nebuloſa.	

Martiales, ſecundum Ptolemæum Mercuriales.

AA Tropicus Cancri. BB. Lyra CC. Cygnus. DD. Cauda Aquilæ. EE. Caput Serpentarii. FF. Caput Serpentis. GG. Pedum Bootis.

Hercules cubitorum corporis quatuor erat altitudine, igneum ex oculis ſplendorem effundebat, nec fruſtra aut ab arcu ſagittas emittebat, aut iaculo feriebat. Apollod. lib. 20. Charops quaſi iracundè intuens dictus, ex Africana victoria nihil præter oues abegit: verùm quia Μῆλον ouẽ & pomum, Homero omnẽ arborem ſignificat, aurea mala ex hortis Heſperidũ ſecũ aſportaſſe creditur; tanto namq; in honore apud veteres oues habitæ, vt ex iis omne diuitiarũ genus, deſumi poſſe exiſtimarent, hinc aurea lana, & apud Iurisconſultos peculiũ teſte Feſto, cum Seruio, à pecoribus dictũ; pecunia pecudum nota ſignata, ex argento, Anno V. C. CCCCLXXXIV. Q. Fabio conſule, primò apparuit. Plin. lib. 33. c 3. vbi mendum eſt, quod Glareanus de Aſſe & part. eius c. 13. annotauit.

Variæ per Italiam obſeruantur Herculis ſtatuæ, pomo vno, aut tribus in manu, quæ cotonea affirmat Pierius lib. 10. Similẽ huius ſchematis Rauennæ aſpicies Ingeniculũ, ambobus lacertis atq; ceruice, ſemirotundũ & conuexum geſtantẽ ſolarium. Non diſſimilis Romæ, in vineâ Stephani Bubalii repertus Alcides, Sphæram Zodiaci, & fixarum ſtellarum imaginibus ſculptis exornatam baiulans. Cur autem cœlo humeros ſuppoſuerit. Diod. lib. 4. c. 3. explicat. Clauam à nobis primò nouem ſtellulis deſcriptam, alii tam libri, quàm globi ignorant; nec ramum pomiferum agnoſcunt, quę duo cum hiſtoriæ nihil detrahant, nec omittenda cenſuimus.

Clara in capite κατ' ἐξοχὴν Hercules, nobis cosmicè oritur III. Non. Nou. occidit XIIX. K. Febr.

TABVLA OCTAVA.

LYRA.

Apollinis, Orphica, Vultur cadens, Arabum, KATΩ-ΦΕΡΗΣ, Χέλυς, Χέλυς ὀλίγη, Φόρμυγξ, Fides, Fidicula, Testudo, Cithara, Fidicen, Canticum, Μῦς, Εμὺς, Testudo lutaria, Marina, Deferens Psalterium, Pupillam, Aquila marina, Βάσανος, Nesrussakat, Alohore, Mesanguo, Asangue, Brinek, Albegala, Nablon.

DIAΣTHROSIS.

1	α	LVcida, ἐν τῷ ὀσφύϊ, Anonymo ἐν τῇ χελώνῃ sc. tympano, κατ' ἐξοχὴν, Lyra, Fidicula, Vultur cadens, quia rostro in Eclipticam conuerso, à partibus Aquiloniis ad Austrinas cadere videtur. Appellatur & testa, Pupilla, noñunq̃ Brinek, Vega, VVega, Ptolemæo vt omnes splendidiores, Λαμπρὸς ἀστὴρ.	1	Primæ.
7	ϛ	In imâ Lyræ parte Borealis præcedens.	2	Tertiæ.
9	γ	Borealis sequens, ad dextrum cornu, Ζυγὸν, Iugum.		
11	δ	In eductione alæ dextræ.	1	Quartæ.
2	ε	In Collo.	6	Quintæ. Magnitudinis.
3	ζ	In pectore.		
5	η	In sumitate alæ dextræ Borealior.		
6	θ	Australior.		
4	ι	In imâ alâ.		
12	κ	Ad medium sinistræ alæ.		
10	λ	In imâ Lyrâ, Australior sequens.	3	Sextæ.
13	μ	In sumitate sinistræ alæ.		
8	ν	In imâ Lyrâ, Australior, antecedens.		

Omnes de natura Veneris, & Mercurii.

ξ Rostrum Gallinæ seu Cygni. o. Dextrum brachium Herculis cum Leonis exuuiis.

Mercurius in Cyllenem profectus, pro antri ostio, depascentem testudinem inuenit, quâ perpurgatâ & abstersâ, super eius testâ, neruos ex mactatorum boum intestino confectos, tetendit, ac Lyram confecit. De Heptachordo pleni auctorum libri. Apollodorus lib. 2. Auienus de Orpheo loquens. Hic nam fila nouem docta in modulamina mouit. Cum Decachordo pingitur Apollo, quia vt inquit Fulgentius, humanæ vocis decem sunt modulamina, vel cum Apolline decem celebrantur Musæ, Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpsichore, Erato, Polymnia, Vrania, Calliope. Decachordum S. Scriptura Psalterium, Christiani Laudatorium, Hebræi Nablon vocant. Giraldus Synt: De Musis.



Fidicula olim Romæ Id. Octob. Columellæ manè XVI. K. Decemb. oriebatur. XVI. K. Feb. occidebat, hodie eisdem IV. Non. Nouemb. emergit, XI. K. Martii decedit. C. IVLIO CÆSARE tertiùm Consule, in dodecatemorio Sagittarii G. 16. M. 28. hærebat. Imperante RVDOLPHO II. AVG. P.F. Imperii Anno XXIIX. Capricorni G. 9. M. 45. S. 33. obtinet, Oritur ergò AVGVSTÆ VINDELICORVM XV. K. Nouemb. III. Non. Martii cum Sole occidit. Ab huius occasu antiqui, viciam, fasciolos, pabulum, Lunâ silente, seri iubebant. Pluribus Plin. nat. hist. lib. 18. c. 25. 26. 27. 28.

TABVLA NONA.

CYGNVS.

KYKNOΣ, OPNIΣ, Olor seu Auis, Ouidio Milui-

us, aliis Gallina, etiam Vultur Cadens, Myrtilus, Ledæ Adulter Arab. Hirez'm, Arided, Degige vel Adegige, Digegi, Adigegi vel Adigege, quasi Rosa redolens Lilium.

DIARTHROSIS.

5	α	IN caudâ, lucida, vropygiũ, Deneb Adigege, Arided, Arrioph. Gallina, Denebedegige.	1	Secundi.
1	β	In ore, rostrum Gallinæ, Albireo.	5	Tertij.
4	γ	In pectore.		
6	δ	Εν ἀγκῶνι id est cubito apud alam dextram.		
10	ε	Εν ἀγκῶνι alæ sinistræ Australior.		
12	ζ	Penultima eiusdem alæ.		
3	η	In medio Collo.	16	Quarti.
7	θ	In Volâ alæ dextræ trium Australina. Aliis in pectine seu ἐν τῷ ταρσῷ.		
8	ι	Media.		
9	κ	Borealis in extremâ alâ.		
11	λ	Εν ἀγκῶνι alæ sinistræ Borealior.		
36	μ	In extremo eiusdem.		
13	ν	In pede læuo.		
14	ξ	Ad genu.		Luminis.
16	ο	Duæ in pede dextro.		
19	π	In extremâ caudâ binæ. Finis Cygni, Azelfage id est Tarcuta.		
20	ρ	Ad Australinam caudæ partem trium media.		
21	σ	Alæ sinistræ trium Borealior.		
22	τ	Media.		
23	υ	Australior. Hæ tres Tabula. Auctoribus informes.	5	Quinti.
2	φ	In eductione colli à capite.		
24	χ	In Collo.		
25	ψ	In alâ dextrâ trium media.		
17	ω	In dextro genu, νεφελοειδὴς duplex.		
26	A	Ad Australinam caudæ partem trium inferior.		
29	b	In colli origine tres.		
30	c	Ad volam dextram paruula.		


κ
ω
o
π
f
α
ξ
ρ
A
ν
γ
b
p
η
χ
σ
τ
λ
ε
υ
ζ
N
φ
ρ
H
M
L

31 d Trium in alâ dextrâ Borealior.
32 e Auſtralior.
34 f Ad Boream caudæ partem duæ.
35 g Ad partem Auſtrinam trium ſuperior.
} 9 Sexti.

Naturâ Veneris cum Mercurio.

H Lyra. I. Caput Draconis. K. Cepheus ſeu Nereus, ἁλιὸς γέρων, Senex Æquoreus. L. Cauda Aquilæ. M. Sagitta. N. Pes Pegaſi. O. Tropicus æſtiuus. P. Tertii fulgoris ſtella, Anno MDC. primùm conſpecta & obſeruata, omnium fermè tacito conſenſu p nouo phænomeno recepta, eundē adhuc hodie retinet ſitū, longitudine partiū. 16. Scrupulorum. 18. Aquarii; latit. P. 55. S. 32. Bor. Declinat. P. 36. S. 52. ⅓ Aſcens. rectæ. 300. 45. ⅓ Culminans cum 28. gradu, minuto 37. Capricorni. Stellæ, α. β. χ. δ. ε. Crucis effigiem, antiquitus, etiam agricolis cognitam, conſtituunt; his P. adiungas licet, Crucifixi inclinantis formam habebis. Denebedegige nobis ſemper conſpicua, vt Æmilius ſcriptor antiquus De Cygno.

Hunc optant, nautæ, quia ſe non mergit in vndas.

TABVLA DECIMA.

CASSIEPEA.

Multis Cassiopea, Iuuenali Cathedra mollis, Η ΤΟΥ θρόνυ, Mulier sedis, Seliquastri, Seliquastrum, Siliquastrum, Sella, Solium, Sedes regalis, Habens palmam delibutam, Græcis θρόνος, siue καθέδρα, Hæbreis Aben ezra, Arab: Canis, vel Cerua, Synesio Ἀμφικέφαλος καθέδρα.

DIARTHROSIS.

2	α	IN pectore, Seder, perperam Scheder, vel Schedar.	5	Tertiæ.
12	β	In summâ ferè cathedrâ prope brachium dextrum.		
4	γ	Ad ventrem, seu ilia.		
5	δ	In dextro femore, iuxta genu.		
6	ε	In crure sinistro.		
1	ζ	In capite supra nasum.	5	Quartæ.
3	η	In corde.		
9	θ	In brachii sinistri ὠλεκρανίῳ, sequens.		
7	ι	In extremo pedis sinistri.		
11	κ	In medio sedis, ἐν τῷ ἀναπλίθρῳ, id est reclinatorio.		
14	λ	In capite, seu maxillâ dextrâ.	2	Quintæ.
8	μ	In brachio sinistro, antecedens.		
15	ν	In palmâ prope manum sinistram, prima.		Quantitatis.
16	ξ	Secunda.		
17	ο	Tertia.		
18	π	Vltima.		
10	ϱ	In dextro cubito.		
19	σ	In dextro brachio, ἐν τῷ ὠλεκρανίῳ.		
13	τ	In extremo reclinatorio, ἐν τῇ κεφαλῇ καθέδρας.	13	Sextæ.
20	υ	Ad strophium, Nonius castulam, Græci ταινίαν nominant.		
21	φ	In dextro genu, præcedens.		
22	χ	Sequens.		
23	ψ	Supra scabellum, Borealior.		
24	ω	Australior.		
25	A	In scabello, seu ἐν τῷ ὑποποδίῳ.		

Omnes de naturâ Saturni & Veneris.


A
B
C
D
E
K
α
β
γ
δ
ε
ζ
η
θ
ι
κ
λ
μ
ν
ξ
ο
π
ρ
σ
τ
υ
φ
χ
ψ
ω

B Peregrina Anno post Christum natum, MDLXXII. primùm ad V. Id. Nou. animaduersa, Veneris stellam quantitate visibili æquabat. Per Decembrem Iouis sidus ferme æmulabatur. Ianuario Anni LXXIII. Ioue paulò minor, stellisq; fulgentioribus primi ordinis, aliquanto maior fulsit, quibus in Febr. & Martio æqualis extitit, sic Aprili, & Maio, stellis secundæ mag. succesiuè ita decrescendo per Iunium. In Iulio & Augusto, tertiæ quantitatis par fuit. In Octob. & Nou. vndecimæ cassiepeæ stellæ non dispar cernebatur. In fine anni & Ianuario seq. stellas quintæ formæ vix excedebat. In Febr. sextas, & minimas adumbrabat, donec vltimo mense Martio, adeò exilis reddita sit, vt conspici vlteriùs prorsus desineret; nec colorem insitum eundem semper exhibuit. Tycho Brahe progym. fol. 301. Latitudinem habuit P. 53. S. 55. aliis. 45. Longitudinem P. 36. S. 54. dodecatemory Tauri. Stabat limbo lacteæ viæ Boreo affixa, vt cum stellis tertiæ formæ. α. β. γ. rhombum effingeret ferè perfectum. Cum nullam habuerit paralaxin, secundum proprium locum, in principio, id est Nouembri, maior fuit terra. 361 1/2. Sole verò 2 2/3 cuius amplitudo, terræ globum, non ampliùs quàm 139. vt summum 140. superat, & hoc ex probabiliori recentiorum sententiâ.

C Persei gladius seu Harpe.

D Circulus Arcticus, nobis per polum zodiaci, circa mundi axem ductus; veteribus erat circulus per intersectionem Meridiani, & Horizontis, quem semper attingebat, indefinitæ magnitudinis circa dimetientem descriptus.

E Colurus Arietis & Libræ.

Hæc constellatio, (vt & aliæ plures) nobis nec oritur nec occidit; caput Messanæ Siciliæ incipit descendere. Peregrina Cayri seu Babyloniæ nouæ, stringebat Horizontem.

TABVLA VNDECIMA.

PERSEVS.

Cyllenius, Deferens cathenam, caput Algol, Aloue, Cacodæmonis, Meduſæ, Gorgoniſue, Inachides, Alphonſinis Cheleub, ſeu Chelub, Canis.

DIARTHROSIS.

7	α	IN ſiniſtro latere, Cheleub, Chenib, Algenib, veriùs Genib.	2	Secundæ.
12	β	Capitis Algol, Aloue, ſeu Meduſæ, Lucida, Gorgonea prima. ♄♀. aliis ♄♃.		
3	γ	In ſiniſtro humero.	4	Tertiæ.
10	δ	In eductione pedis ſiniſtri.		
23	ε	Iuxta dextrum genu.		
26	ζ	In imo pede dextro ſequens.		
2	η	In ſiniſtro ὠλεκρανίῳ.	12	Quartæ.
4	θ	In humero dextro ſeu Clypeo.		
6	ι	Quæ in dorſo.		
11	κ	In latere dextro.		
17	λ	In ſiniſtro femore duarum ſequens.		
19	μ	Infra genu ſiniſtrum.		
22	ν	In dextro femine.		
24	ξ	Ad tibiam dextram.		
25	ο	In imo pede dextro præcedens.		
14	π	In capite Gorgonis triũ Borealior, Gorgonea ſecunda.		
15	ρ	Media & Auſtralior, Gorgonea tertia.		
8	σ	Ad cibisin duarum præcedens.		
5	τ	In capite.	12	Quintæ.
27	υ	In falce adamanthinâ trium præcedens. Falx dicitur & curuus Harpes, Gladius falcatus, & incuruus, Arab. Nembus, Maroni Enſis falcatus, & curuus Saturni dens.		Formæ.
28	φ	Media Sequens.		
1	χ	In manu ſiniſtrâ duarum coniunctarum ſequens.		
9	ψ	Ad cibiſin ſequens.		
13	ω	In capite Algol trium vltima, Gorgonea quarta.		
29	A	In ſiniſtro femore antecedens.		
16	b	In poplite ſiniſtro.		


χ
h
i
k
n
g
φ
υ
γ
τ
θ
α
ι
σ
λ
b
μ
d
c
l
x
P
m
e
f
s
ν
ξ
o
n
π
ρ
R

1	c	Ad ſuram ſiniſtram.		
20	d	In crure ſiniſtro.		
21	e	In plantâ pedis ſiniſtri.		
30	f	Ad ſiniſtra talaria.		
31	g	In falce adamanthinâ trium vltima.		
32	h	In manu ſiniſtrâ duarum coniunctarum antecedens.		
33	i	In enſis capulo.		
34	k	Ad ſiniſtrum cubitum.		
35	l	Ad peram ſeu cibiſin paruula.		
36	m	In imâ ſiniſtri pedis ſurâ.		
37	n	In imâ dextri pedis ſurâ.	8	Sextæ.
38	o	Ad dextra talaria.		
		Teſte Ptolomæo Martiales cum Mercurio, moderni venereas cum Saturno ponunt.		
	p	Capella cum Erichthonio. Q. Pes ſiniſter Andromedæ. R. Triangulum. S. Terminus ſigniferi Boreus.		

Habebat Perſeus talaria, orci galeam, Clypeum, & Cibiſin, quam peram quidam putant, vt Pindarus & Heſiodus in clypeo.

Horrendæ totas ſcapulas caput occupat ingens.
Gorgonis, idq; intra cibiſin latet.

Erant Gorgonibus capita ſquamoſarum anguium ſpiris obſita, dentes præterea tantæ magnitudinis, quantæ ſuum eſſe videntur; ad hæc manus æneæ, & alæ aureæ, quæ quicunq; obtuerentur, eos in ſaxa omnes commutabant. Apollodorus lib. 2. Apparet igitur Perſeum cum capite Meduſæ, vt noſtra exhibet tabula, pingendum. Malè vulgatæ formæ, Rasdalgol alas, omittunt, ita præter innumera pæne numismata, domeſticum teſtatur exemplum, quod monumentorum ſuorum fol. 113. clariſs. Auguſt. Reip. II. vir Marcus Velſerus, affabrè deſcribi ac delineari curauit.

Boiariæ & Sueuiæ, Gorgonis aſtrum oritur cum Sole IV. K. Febr. mox XIV. K. Mart. ante Solem cernitur. III. Id. Maii. poſt eundem veſperi, abſconditur.

TABVLA DVODECIMA.

AVRIGA.

Aurigator, Agitator currus, Custos caprarum, Myrtilus, Retinens habenas, Erichtheus, vel Erichthonius, ἡνίοχος, Habenifer, Habens hircum capellas hœdos oleniam capram, Ἱππηλάτης, Ἐλάσιππος, Ἁρμηλάτης, Διφρηλάτης, Mahumetanis Mulus clitellatus, Isidorus Mouortem dicit, rectiùs Maforte, In Tetrabiblo Hora, pro Roh, aut Roha, Arab. Alhaiot, seu Alhatod.

DIARTHROSIS.

3	α	AD dorsum seu dextrum humerum fulgens. Hircus, Capra, Capella, Arato Αἰξ ὠλενία, Amalthea & Iouis nutrix poëtis, Arab. Alhatod, perperam Ophiultus.	1	Primi.
4	β	In sinistro humero duarum lucida.	2	Secundi.
11	γ	In sinistro talo, seu ἐν τῷ σφυρῷ & extremo cornu Tauri Boreo.		
1	δ	Duarum in capite Australior.	7	Quarti.
7	ε	In latere dextro.		
8	ζ	In dextrâ volâ, hœdorum antecedens, Græcis ἔριφοι, Latinis hœdi, Capellæ, Album. Agni. Collocat hos Aratus καρπὸν κατὰ χηλὴς. Proclus ἐν ἄκρᾳ χηλῇ, Auienus in fine manus, quæ omnia coincidunt.		
9	η	Hœdorum sequens.		
6	θ	In femore sinistro sequens.		
14	ι	Ad imam dextri pedis suram.		
22	κ	In retinaculo.		Ordinis.
15	λ	In dorso trium, media.	3	Quinti.
16	μ	Australior trium.		
5	ν	In sinistro brachio duarum coniunctarum sequens.		
2	ξ	Duarum in capite seu pileo Borealior.	19	Sexti.
17	ο	In ceruice.		
18	π	In sinistro humero duarum exigua.		
19	ρ	In dorso trium Borealior.		
13	σ	In eductione femoris sinistri, seu vertebrâ.		
20	τ	In sinistro brachio duarum coniunctarũ præcedens.		
21	υ	In femore sinistro antecedens.		


ξ
δ
ο
α
π
β
ε
ρ
ζ
λ
γ
τ
μ
σ
υ
θ
φ
χ
ι
κ
D
E

10	♌	In femine dextro.
12	♍	In genu dextro.
32	♆	Decem ſtellulæ flagellū conſtituentes, Tibullus ſtimulum appellat. Habebant veteres βαπλῆγας, vt equiſones dolones, de quibus, L. 1. §. & generaliter. D. Si quadrupes paup. L. 52 §. Tabernarius, D. Ad L. Aquiliam. Suetonius in Claudio c. 13.

Martiales cum Mercurio.

A Tropicus æſtiuus. B. Ecliptica. C. Terminus latitudinis Zodiaci Borealis. D. Perſeus. E. Caput Algol.

Hircus nobis ſemper apparens, III. Non. Apr. Romæ oritur, occiditq; XVI. K. Sextilis.

TABVLA DECIMATERTIA.

SERPENTARIVS.

Anguitenens, Serpentis lator, Serpentinarius, & Anguiger Columellæ, Effœminatus, Ὀφιοῦχος, Ophiuculus, malè Ophiultus seu Ὀφιούλκος, quibusdam Carnabons & Triopas, aliis Hercules, Glaucus, Aesculapius, Arato, Μογερὸς, Alhague, corruptè Alangue, Arab. Afeic hius, Mauris Grus, aut Ciconia Serpenti cum inscriptione, Elhague, insistens.

DIARTHROSIS.

1	α	IN capite trium Borealior, Ras alhague.	1	Secundæ.
2	β	In sinistro humero duarum superior.	7	Tertiæ.
3	γ	Inferior.		
7	δ	In dextrâ, aliâs sinistrâ manu, Borealior. Yed.		
8	ε	Australior.		
19	ζ	In femine dextro.		
12	η	In femine sinistro, supremo.		
13	θ	In femine sinistro infimo, trium Borealior.		
4	ι	In dextro humero duarum præcedens.	9	Quartæ.
5	κ	Sequens.		
6	λ	Ἐν τῷ ὠλεκράνῳ id est Marsic dextro.		
9	μ	In brachii læui παραπηχίῳ.		
10	ν	In sinistrâ manu præcedens Meridionalis.		
14	ξ	In femine sinistro infimo, trium altera.		
15	ο	Trium tertia & Australior.		
16	π	In poplite sinistro duarum coniunct. antecedentium Borealis.		
24	ϱ	In talo seu ἐν τῷ ἀστραγάλῳ dextro.		
25	σ	In dorso vel ἐν τῷ συσσεμοειδίῳ.		Formæ.
11	τ	In sinistrâ manu sequens Borealis.	11	Quintæ.
26	υ	In dextro femore, iuxta genu.		
20	φ	In dextrâ surâ trium Borealior.		
21	χ	Media.		
22	ψ	Australior.		
23	ω	Ad imam suræ partem, iuxta talum.		
27	A	In poplite sinistro duarũ coniunct. antece. Australis.		
17	b	Duarum in poplite coniunctarum sequentium Meridionalis.		
18	c	Aquilonaris.		
28	d	Ad talum sinistrum.		


α
β
γ
ε
ζ
η
θ
ι
κ
λ
μ
ν
ξ
ο
π
ρ
σ
τ
υ
φ
χ
ψ
ω
A
K
M
N

29 e In capite trium antecedens.
30 f Sequens & Australior. 2 { Sextæ.

Omnes de natâ ♄ & ♀ exceptis sporadibus quæ venereæ putantur.

G Aequinoctialis, Aequator, Ισημερινὸς, nautis Linea. H. Ecliptica. I. caput Herculis. K. caput Sagitarii. L. cor Scorpii. M. N. Lanx Sept. & Meridionalis libræ.

Rasalhague, V. Id. Nou. surgit cum Sole, Y ed seu palma, nobis dextra, tabulis sinistra VII. Id. Nou. eadem XVII. K. Ian. caput autem XVI. k. Febr. occidit.

TABVLA DECIMA QVARTA.

SERPENS.

Coluber, Anguis ΟΦΙΣ ad Differentiã, ΤΟΥ ΔΡΑ-κοντος, Ερπετὸν, Εγχελυς, ſeu Anguilla.

DIARTHROSIS.

9	α	TRium ἐν τῇ καμπῇ δευτέρᾳ præcedens.	1	Secundæ.
4	β	In eductione colli antecedens.		
3	γ	Sequens.		
7	δ	In primâ colli conuerſione.		
10	ε	Trium ἐν τῇ καμπῇ δευτέρᾳ Auſtralior.	7	Tertiæ.
16	ζ	Sequens prima poſt Serpentarium.		
17	η	In penultimâ caudæ inflexione, ἢ ἐπιſτροφῇ.		
18	θ	Extrema caudæ.		
1	ι	Ad oculum dextrum antecedens.		
5	κ	Subſequens.		
8	λ	Trium ἐν τῇ καμπῇ δευτέρᾳ Borealior.		
11	μ	In conuerſione tertiâ, Meridionalior.	7	Quartæ.
13	ν	In flexurâ quintâ, trium præcedens.		
14	ξ	Auſtrina ſequens.		
15	ο	Borea tertia.		Quãtitatis.
6	π	Ad criſtam.		
2	ρ	In cranio ſupra oculum.	3	Quintæ.
12	σ	Poſt quartam conuerſionem.		
26	τ	Circa rictum Serpentis paruulæ octo.		
27	υ	Stellâ, β, Auſtralior.		
28	φ	Stellâ, γ, Auſtralior.		
29	χ	Τὴν πρώτην ἐπιſτροφὴν antecedens.		
30	ψ	Ad tortum ſecundum Orientalior.		
31	ω	Occidentalior.	19	Sextæ.
33	A	In flexurâ tertiâ duæ.		
34	b	In couerſione tertiâ Borealior.		
35	c	Stellam, η, trium ſequens prima.		
36	d	Secunda.		
37	e	Tertia & penultima.		



F Caput Ophiuchi. G. Caput Herculis. H. Cauda Aquilæ, I. Caput Sagittarij. K. Lanx Sept. Libræ. L. Aequinoctialis. M. Ecliptica.

Γ In tempore ſeu colli origine, ſequens, Camboduno coſmicè oritur, xv. K. Nou. occidit, Kal. Ianuarij.

TABVLA DECIMAQVINTA.

SAGITTA.

Telum, Iaculum, Arundo, Canna, Græcis Οἰϛὸς ἄτερ τόξȣ, Miſſore Ciceroni, Muſator, Vectis vel Foſſorium, Dæmon aliis Temo Meridianus, Orfercalim, Obelus, Virgula iacens, Iſtuſc, Alahance ſeu Alhance, Feluco.

DIARTHROSIS.

4	α	IN ſagittæ alâ Sept. ἐν τῇ πλερᾷ οἰϛῷ.	3 Quarti.	Ordinis.
5	β	Inter utrasq; alas in arundine ſeu ſpiculo.		
1	γ	Inter tribulos, & cuſpidem, Virg: in calamo.		
2	δ	In tribulo Bor. præcedens Auſtralior.	1 Quinti.	
6	ε	Ev τῇ πλερᾷ οἰϛῷ Meridionali.	4 Sexti.	
3	ζ	Sequens in tribulo Septentrionalior.		
7	η	Ev τῇ ἀχιδι perperam haſtulâ præcedens.		
8	θ	Subſequens.		

Marti cum Venere adſimilantur.

	ι	Delphinus.
	κ	Vultur volans. Caſsum fit cætera volgus, Feſtus Auienus.

Hanc Sagittæ formam ex antiquo prototypo, verùm rudi Mineruâ manuſcripto, & noſtro maximè accomodatam propoſito, deſumpſimus; ſi cuiquã plumbata tribolata videatur, non refragabimur, habebit teſtem Fla. Vegetium, & Stevvechium huius comentatorem lib. 4. c. 29. qui tribolatæ, & mamillatæ, eruditam ſubnotans deſcriptionem, locum & auctorem quamuis incertum, allegat. Imagines Arati, & Hygini, Aquilam pedibus ſagittam tenentem exhibent; ratio indagari vix poterit, nec in hoc doctiores perſtringendi: errorem ex Germanico malè intellecto, profluxiſse ſuſpicor.

Eſt etiam incertum, quo cornu miſsa ſagitta,
Quam ſeruat Iouis ales &c.

Habet miracula nulla, nullas videlicet maioris magnitudinis ſtellas, ut Ouid. 11. Metam. & Auctor carminis de Aetnâ.

Quo volet Orion, quo Sirius incubet ardens,
Et quæcunq; iacent toto miracula cœlo.

Nonis Ian. Aegypto, veſperi, Sagitta occidebat, Plin: nat. hiſt. lib. 18. c. 26. Nobis VI. K. Ian. emergit. VII. Id. Decemb. decedit.


θ
η
γ
ζ
δ
α
β
ε
χ
45
15
10
5
30
25
20
15
45
40
40
35
35
30
30
15
10
5
30
25
20
P 15

TABVLA DECIMA SEXTA.

AQVILA.

Iouis ales, Vultur volans, Ganymedis raptrix, Seruans Antinoum, Græcis Αετὸς, Διὸς ὄρνις, Οιωνῶν βασιλεὺς Pindaro, malè quibusdam, βάσανος, βασανισμός, vel βασανιστήριον, Aliis Alcar, Alcair, pro Atair.

DIARTHROSIS.

3	α	IN colli eductione lucida, quibusdam in scapulis seu interscapilio, ὁμωνύμως ὅλῳ τῷ ζῳδίῳ, Aquila, vultur volans, Atair.	1	Secundi.
2	β	Incollo.		
5	γ	Ad dextræ aliâs læuæ alæ originem, quadranguli præcedens.		
10	δ	In extremitate siniſtræ alæ duarum antecedens.		
11	ε	Vltima Aquilæ cauda.		
9	ζ	Penultima.	10	Tertij.
22	η	Iuxta dextram Ganymedis maxillam.		
23	θ	Ad manum dextram.		
24	ι	In pectore.		
25	κ	In femine dextro.		
26	λ	Ad siniſtri pedis talum.		
7	μ	Ad læuæ alæ principium.	2	Quarti.
27	ν	In siniſtro Ganymedis latere, ſuperior.		
12	ξ	In colli eductione adiacens lucidæ.		Luminis.
4	ο	Ad dextram quadranguli alam Auſtralior.		
13	π	Borealior.	5	Quinti.
14	ρ	Dextræ alæ poſtrema.		
8	σ	Ad pedem Atair dextrum.		
1	τ	In capite.		
15	υ	In colli origine paruula.		
6	φ	Ad dextram quadranguli alam vltima.		
16	χ	Ad inferiorem dextræ alæ partem, Auſtralis.		
17	ψ	Borealis.		
18	ω	In eductione caudæ, trium Auſtralior.	14	Sexti.

K
ρ
ψ
χ
π
γ
φ
ο
α
ξ
υ
μ
τ
β
ζ
A
b
ω
L
M
ν
η
c
d
i
e
θ
h
g
λ
f
x
10
5
30
25
20
15
40
35
1
Ω

19	A	Borealior.
20	b	Tertia Meridionalis.
21	c	In extremitate ſiniſtræ alæ duarum ſequens.
28	d	In ſiniſtro Ganymedis latere, inferior.
29	e	Ad vmbilicum.
30	f	In femine ſiniſtro.
31	g	Id imum pedem ſiniſtrum antecedens.
32	h	Sequens.

Martem & Iouem ſequuntur.

I Aequator K. Sagitta. L. cauda Serpentis Aeſculapij. M. Humerus Serpentarij læuus.

Gentilium fabulæ, hunc, Ganymedem ab Aquila raptum, & amanti Ioui traditum aſſerunt. Romani Antinoum Claudiopoli Bithyniæ ortum ponunt, admirandæ pulchritudinis puerum, ab Hadriano ſummè in delitiis habitum, ad cuius honorem, ſtatuas erexit, numiſmata procudit, templa, & Sacerdotes conſtituit, quod præter alios, ex parte noſter æreus teſtatur nummus.

ΟCTIΛIOC MAPKEΛΛOC O IEPEYC TOY ANTINOOY

Caput Antinoi.

TOIC AXAIOIC ANEΘHKE.

Mercurius cum Pegaſo.

Cæſari, & Aſsyriæ, VIII. Id. Iunij Aquila veſperi oritur. Plin: nat. hiſt. lib. 18. c. 27. Atticæ & finitimis regionibus. III. K. Ian. veſperi occidere traditur. Idem c. 26. XVIII. K. Aug. Aegypto eadem occidit matutinò, Eteſiarumq; prodromi flatus incipiunt, quod Cæſar, X. K. ſentire Italiam exiſtimauit.

Aquila noſtris temporibus Romano Imperio, III. K. usq; ad pridie Idus Decemb. aſcendit; à pridie Idus, ad pridie Non. Febru. deſcendit.

DELPHINVS.

Delphin, Amphitrites, Vector Arionis, Smon nautis, Plinio Hermippus, Anony. Μουσικὸν ζῴδιον, Musicum signum, Græcis Δελφὶς ἢ Δελφὶν, Ciceroni ob gibbum in dorso, Currus.

DIARTHROSIS.

5	α	PRæcedentis lateris, τῶ τετραπλέυρω ῥομβοειδῶς, Borealior.	5 Tertiæ.	Magnitud.
4	β	Australior.		
7	γ	Sequentis lateris, Borea.		
6	δ	Australina ad oculum.		
1	ε	Lucida caudæ trium antecedens.		
8	ζ	Inter caudam, & rhombum, trium Borealis.	1 Quintæ.	
9	η	Inter caudam, & rhombum, trium præcedens.	4 Sextæ.	
10	θ	Sequens tertia, Australina.		
2	ι	Trium in caudâ Sequens Borealior.		
3	κ	Tertia Australior.		

Saturninæ & Martiales.

	λ	Equiculus.
	μ	Ἐντῷ ῥύγχει Pegasi.

Plin. nat. hist. lib. 18. C. 26. Pridie Non. Ian. Cæsari Delphinus matutinò exoritur. VI. Id. Ian. eiusdem Delphini vespertino occasu, continui dies hyemant Italiæ.

Mediam rhombi clariorem, α, Licates, pridie Id. Decemb. cum Sole ascendentem, IIX. verò K. Martij, rursus, cum eodem occidentem, habent.

γ
α
β
ζ
δ
θ
η
ι
ϛ
κ
λ
μ

TABVLA DECIMA OCTAVA.

EQVVS MINOR.

Equus prior, Equuleus, ΤΟΜΗ ΤΟΥ ΙΠΠΟΥ

τῦ ἐλάσσονος, Proclo Περοτομὴ τῦ ἵππου, Sectio Equi.

DIARTHROSIS.

1	α	IN capite duarum præcedens.
2	β	Sequens.
3	γ	In rictu ἐν τῷ ῥύγχει, duarum antecedens.
4	δ	Subsequens.

4 } Quartæ diffe.

De naturâ Martis & Iouis.

	ε	Rictus Pegasi.
	ζ	Delphinus.

Astrum hoc, tabularum auctores, lumine obscuro, minùs rectè nebuloso, tradunt; non enim ut φάτνη in dodecatemorio Leonis, Galaxiæ comparari potest. Astrum autem corpus est, ex distantibus certisq; & definitis stellis σωρημένον, ut Pegasus, Capricornus, Eridanus: Aster verò ἠνωμένον, vel ut Conon Mathematicus ait, ὑπὸ μιᾶς ἕξεως, vno spiritu contentum, ut Sol, Mercurius, Luna, quem Paulus I. C. L. 23. In rem §. Item quæcunq;. D. de rei vind. statuæ adtribuit. Corpora quæ trium generum esse referuntur, ἠνωμένα, σωρημένα, διεσπαρμένα, Pomponius lib. 30. ad Sabinum explicauit. Eadem Achilles Statius, in Aratum ex Conone retulit, ubi ἕξιν, spiritum quo corpus continetur, significare paret, ἔστι δ' ἕξις πνεῦμα σώματος συνεκτικόν. Plura interpres Dionysij Theologi, & Boëtius. 1. Arith.

Duæ rictus Equulei, nobis hodie VII. & IIX. K. Ian. oriuntur. VII. & IIX. K. Martij occidunt.

35 30 25 20 15 10 5 ♓

30

25

20

♑ 30 25 20 15 10 ♒

ζ

γ

δ

ε

β

α

TABVLA DECIMANONA.

PEGASVS.

Astronomis & Mythologis, Gorgoneus, seu Medusæus,

Ιπωος, Equus, Equus maior, secundus, posterior, volans, aërus, dimidiatus, Isidoro, & Lampridio Sagmarius Caballus, Menalippe, vel potiùs Melanippe, Nonno Ημιφανὴς λίβυς ἵππος, aliis Theano, Alpheras, Bellerophon & Bellerophontes.

DIARTHROSIS.

E	F				
4	17	α	In scapulis & armo alæ, Yed Alpheras, Markab.	4	Secundæ.
3	18	β	In sinistro humero & cruris eductione, Scat Alpheras.		
2	19	γ	In extremâ alâ.		
1	20	δ	In vmbilico, quæ & capiti Andromedæ communis.		
17	1	ε	In rictu ἐν τῷ ῥύγχει, Enif, Scaligero Enf Alpheras, interpretes Almagesti, nunc muscidam, nunc grumium interpretantur.	3	Tertiæ.
11	6	ζ	In ceruice duarum antecedens.		
7	13	η	Iuxta genu sinistrum Borealior.		
15	2	θ	In capite duarum propinquarum Borealior.	6	Quartæ.
19	9	ι	In dextro genu, vel poplite cum Hygino.		
20	8	κ	In dextra suffragine ἐν τῷ σφυρῷ.		
9	11	λ	In pectore duarum præcedens.		
10	12	μ	Subsequens.		Quátitatis.
16	3	ν	In capite duarum propinquarum Australior.	3	Quintæ.
12	7	ξ	In ceruice duarum sequens.		
8	14	ο	Iuxta genu sinistrum Australior.		
18	10	π	Ad sinistram suffraginem, aliâs quartæ diff.		
13	4	ρ	In iubâ duarum inferior.	7	Sextæ.
14	5	σ	Superior.		
5	15	τ	In corpore duarum sub alâ Borealior Rainholdo quartæ magnit. Markab, Sagma, corruptè Salma.		
6	16	υ	Australior.		
	21	φ	Duarum in mediâ alâ præcedens.		
	22	χ	Sequens.		
	23	ψ	In ventre.		

Martiales cum Mercurio.

		ω	Aquarius. A. Piscium præcedens. B. Equus primus, secundum mappam arabicam Eculeius. C. Aequator. D. Colurus æquinoctiorum.


D
A
B
C
π
η
ο
β
μ
λ
ρ
τ
υ
γ
φ
κ
α
ξ
ζ
σ
ρ
ε
ν
ω

Astronomicarum rerum scriptores, quidam E, alij F, numerandi ordinem vsurpant, vtrumq; maioris hæsitationis vitandæ gratiâ, apponendum duximus, inde quam F, decimam septimam appellat, E, quartam denominare consueuit.

Antiquorum plerosq;, certam stellarum multitudinem non obseruasse deprehendimus, qualem idcirco, nec nobis defendere propositum est. Aratus & Hyginus octodecim lumina Pegaso attribuũt, tribus omissis, Ouid. III. Fast. quindecim submittit.

Nunc fruitur cœlo, quod pennis antè petebat,
Et nitidus stellis, quinq; decemq; micat.

Ptolemæus viginti, nos tribus, sextæ diff. additis, viginti tria numeramus. Aetate, Impp. Vespasianorum, Romani stellas habebant obseruatas mille sexcentas, effectu visuuè insignes, Plin: nat: hist. lib. 2. c. 42. Mille viginti duas, modernæ astronomorum exhibent tabulæ; intermedio igitur tempore, quingentarum septuaginta octo, obseruata intercidêre loca, hinc auctorum in numero diuersitas, qui plurimis in locis, vt & in Perseo, nimium parci, Harpen illius vnicâ designant stellulâ; totã pro virili, Proclum scribentẽ imitati, restituimus: οἱ ὑὲν ἄκρα τῇ δεξιᾷ χθρὶ τῦ πεῤσέως κείμενοι ἀσερίσκοι πυκνοὶ, καὶ μικροὶ, εἰς τὸν ἅρπεω καλασερίζον).

Plinio pridie Idus Aug. Atticæ Equus oriebatur. Cæsari XII. K. Apr. occidebat matutinò. Nostro sœculo, Yed Alpheras, III. K. Ian. Ingolstadio surgit, iterum, III. K. Aprilis occidit. Quę Pegasi alæ finem efficit, XV. K. Martij ascendit, pridie K. Apri. descendit.

TABVLA VIGESIMA.

ANDROMEDA.

Mulier cathenata, Abrahamo Iudæo, carens omninò viro,

Germanico Virgo deuota, Perſea, quibusdam vitulus marinus cathenatus.

DIARTHROSIS.

	α	CAput Andromedæ. ὁ κοινὸς ἵππου καὶ ἀνδρομέδας ἀστὴρ. Hyginus: Eadem enim ſtella & umbilicus Pegaſi, & Andromedæ caput appellatur.		
12	β	Ptolemæo ἐν τῷ περιζώματι Auſtralior, Arabibus Mirach, rectius Mizar, latinis Ventrale, plurimis cingulum dicitur.	3	Secundi.
15	γ	In Auſtrali pede lucida, Alamak, ſeu Almaak, perperam Alhames.		
2	δ	In eductione brachij ſiniſtri Borealior, aliis in ſcapulâ dextrâ.	1	Tertij.
3	ε	Auſtralior.		
10	ζ	In eiusdem προπηχίῳ.		
11	η	In cubito.		
5	θ	Ἐν τῷ προπηχίῳ dextro, trium Borealior,		
7	ι	In ſummâ munu dextâ, trium Auſtralior, quibusdam in extremitate ſpatulæ, Ptole. ἐν ἄκρῳ τῆς χειρὸς.		
8	κ	Media.		
9	λ	Borealior.	11	Quarti.
13	μ	Ἐν τῷ περιζώματι Borealior.		
14	ν	Sequens in cathenâ.		
26	ξ	Ad ſuram pedis Borealis, ſuperior.		
23	ο	In cathenæ annulo, nonnullis tres in dextrâ manu antecedens. Nonnus in Andro. lib: 25. Εἰσέτι δεσμὸν ἔχω καὶ ἐν ἀστράσιν: vincula me in cœlo retinent quoque.		Ordinis.
1	π	Pectus τὸ στῆθος, στέρνον Andromedæ, Elecile tereballe, tabularum auctoribus in ſcapulis, Ptole. ἐν τῷ μεταφρένῳ.		
6	ρ	Ἐν τῷ προπηχίῳ dextro trium media.		
4	σ	Auſtralior.		
19	τ	In femore Auſtrali.	8	Quinti.
18	υ	In genu.		

In fe-

H
D
F
G
E
I
H
V
Φ
A
ω
ξ
χ
c
b
γ
υ
τ
β
π
ψ
χ
ι
θ
ρ
σ
υ
α
δ
ε
ζ
η

20	φ	In femore dextro, ſeu Boreali.		
25	χ	Ad ſuram pedis Borealis, inferior.		
24	ψ	In dextræ manus pollice.		
16	ω	Suræ Borealis media.		
17	A	In tibiâ.		
21	b	Εν τῷ σύρικαλι περιποδίῳ Aſtrologis Adhil.	4	Sexti.
22	c	In pedis plantâ Septentrionalis.		

Veneris participant naturam.

D Caſſiepea. E. Triangulum. F. Pegaſus. G. Piſcium ſequens. H. Arietis & Libræ colurus. I. Tropicus cancri.

Vmbilicum Equi capitiſq; Andromedæ ſummitatem tenens, communi Alpheras nomine, XVII. Febr. oritur, mox, XIIX. K. Maij coſmicè occulitur.

TABVLA VIGESIMAPRIMA.

TRIANGVLVM.

ΔΕΛΤΩΤΟΝ Triangulus Septentrionalis, ΤΡΙγωνος, Aegyptus, Herodoto ποταμοῦ δῶρον, Manilio Nili donum, Δέλτα, Sicilia, Tricuſpis, Nilus, Orbis terrarum tripertitus, Arab. Mutlathum, Triplicitas.

DIARTHROSIS.

1	α	IN apice, vel coniunctione, Auieno in capite.	3 Quartæ.	Diff.
2	β	In baſi ad ductum Borealem,		
4	γ	In baſi ad ductum Auſtralem, duarum inferior.		
3	δ	Superior.	1 Quintæ.	
5	ε	In lineâ ſtante ſeu medio ductu Boreo.	1 Sextæ.	

Mercurij virtutem inducunt.

ζ Aluus piſcis ſequentis.

Triangulum eſt ἰσοσκελὲς, non ἰσόπλευρον. Euclides: ἰσόπλευρον μὲν τρίγωνον ἐστὶ τὸ τρεῖς ἴσας ἔχον πλευρὰς ἰσοσκελὲς δὲ τὸ τὰς δύο μόνας ἴσας ἔχον πλευράς. Germanicus.

Tres illi laterum ductus: æquata duorum
Sunt ſpatia: vnius breuior ſed clarior ignis.

Igitur in primâ hâc parte, & plagâ Septentrionali, ſtellæ omnes numerantur 700. Primæ mag. 3. Secundæ. 25. Tertiæ. 81. Quartæ. 151. Quintæ. 105. Sextæ. 134. Ἀμόρφωτοι informes ſeu ſparſiles. 200.

Stella autem primi luminis, terrâ, 68. vicibus, maior eſt. Secundi ordinis eandem 28½. ſuperat. Tertij ordinis, 11. Quartæ mag. 4½. Quintæ diff. 11⅛. excedit. Sexti verò diſcriminis, globo terreſtri, contra veterum opinionem, ter minores deprehenduntur: ita moderni, & Tycho Brahe, in ſuo progymnasmatum libro.


β
η
γ
ε
α
ζ

PARS SECVNDA.

Complectens nomina imaginum cœlestium, Zodiacum constituentium, vnà cum ordine, numero antiquo & nouo, longitudinibus, latitudinibus, atq; differentiis stellarum.

TABVLA VIGESIMASECVNDA.

ARIES.

Princeps signorum cœlestium, Dux gregis, Aequinoctialis, Κριὸς, Veruex, Chrysomallus, Iupiter Ammon, Arietinum caput, Germ. Wider / Elhemal vel Elhamel.

DIARTHROSIS.

14	α	IN dextro cornu Borealior lucida, quibusdam principalis. ♂	3 Tertiæ.	Magn.
2	β	In sinistro cornu. ♂ ♄.		
1	γ	In eodem, seu auriculâ. Dicuntur hæ fulgentiores Sartai, id est Arietis ministræ complanetæ, mesarthim. Tabularum auctoribus Prima omnium. ♂ ♄.		
8	δ	Antecedens in caudâ. ♀.	1 Quartæ.	
7	ε	In caudæ origine. ♀.	2 Quintæ.	
9	ζ	Media eiusdem. ♀.		
3	η	Ad oculum sinistrum. ♄.	13 Sextæ.	
4	θ	Ἐν τῷ ῥύγχει. ♀. ♄.		
5	ι	Ad collum. ♀ ♄.		
15	κ	Prope dextrum cornu. ♂.		
16	λ	In vertice. ♂.		
6	μ	In dorso seu lumbis Australior. ♀.		
17	ν	Borealior. ♂.		
18	ξ	Ἐν τῷ σφυρῷ pedis dextri prioris. ♂.		
19	ο	In pede sinistro posteriore. ♂.		
12	π	In femore dextro post. præcedens. ♂.		
11	ρ	Sequens. ♂.		
13	σ	Ad pedem dextrum posteriorem. ♀ ♂.		
10	τ	Caudæ vltima. ♀ ♂.		
	υ	Pleiades. φ. Caput Tauri. χ. Menkar Ceti. ψ. Tropicus æstiuus. ω. Ecliptica, Germ. media Solis via. A. Zodiacus, λοξὸς κύκλος, Proclus: λοξὸς δ' ἐστὶ κύκλος ὁ τῶν ιβ'. ζωδίων. Aratus μοῖραν & ἠελίοιο κέλευθον vocat; dicitur & ζωδίου περίλισις, vel τὸ δωδεκατημόριον, Signifer, ἀγαλματοποιὸς, ζωγράφος, Sigillarius,		


ARIES.
ψ
φ
χ
α
λ
β
γ
η
θ
ι
ν
ε
μ
τ
ζ
δ
ρ
π
ο
σ
ξ

Lucano varij mutator circulus anni, Arab. Almantica, ſeu Nitac, Heb. opus phrygionarium, Limbus textilis, Faſcia, ἐκλειπτικὸς ἡλιακὸς κύκλος, ὁ διὰ μέσων τῶν ζωδίων κύκλος, πλατὺς κύκλος. Latitudo huius circuli ſecundum τὰς τῶν πλανητῶν παρενύσεις, octo graduum vtrinq; definitur. Achilles Statius: ἔχει δὲ ἐγχαράξεις τρεῖς, ἃς οἱ μαθηματικοὶ ταινίας καλοῦσιν, ἔστι δ' ὁ μὲν κεκεισμένος ἐν τῇ σφαίρᾳ κύκλῳ μεμιλτωμένῳ.

In cornu Arietis læuo ſplendentes duæ, v. & III. K. Aprilis Veronæ cum Sole oriuntur. x. & IIX. K. May cum eodem rurſus occidunt.

TABVLA VIGESIMATERTIA.

TAVRVS.

ΤΑΥΡΟΣ, Bubulum caput, Io siue Isis, Bos, Portitor.

Europæ, Germa. Stier/ Arab. Ataur, Altor, Aratus propter genua curuata πεπληῶτα indigetat.

DIARTHROSIS.

14	α	IN oculo Austrino, λαμπαδίας, Ptolemæo ὑπόκιρρος, Romanis Palilicium, aliis Parilicium, Subruffa, Aldebaran, Aben Ezra. ♂.	1	Primi.
	β	In extremo cornu Sept. Auienus: Vna pedem aurigæ dextrum, cornuq; siniſtrũ, ſtella tenet pecoris. ♂ ♀.	1	Secundi.
11	γ	Earum quæ in vultu, illa quæ in naribus. ♂.	5	Tertij.
12	δ	Inter hanc & oculum Boreum. ♂.		
15	ε	Ad oculum Boreum. ♂.		
19	ζ	In extremo cornu Auſtrali trium vltima. Auie. ſic camuris ardet protractibus. ♂. ♀		
32	η	Lucida Pleiadum. ♂ ☽. ſeu ☽ ♃.		
13	θ	Inter nares, & oculum Auſtrinum, quæ duplex. ♂.	8	Quarti.
18	ι	In origine Auſtralis cornu trium prima. ♂.		
23	κ	Supra oculum ſiniſtrum inferior. ♄ ♅.		
6	λ	In pectore. ♄.		
7	μ	In dextro armo aliâs ἐν τῇ ὠμοπλάτῃ læuâ. ♄.		
8	ν	In genu ſiniſtro. ♄.		
3	ξ	Quæ ſunt in exciſione ad Auſtrum, tertia, ἐν τῇ τομῇ ἢ ἀποτομῇ. ♄ ♂.		Luminis.
4	ο	Quarta. ♄ ♂.		
21	π	Præcedens trium infra ſuculas. ♂.	20	Quinti.
36	ρ	Media. ♂.		
37	σ	Sequens. ♂.		
20	τ	In fronte Borea. ♂ ♀.		
22	υ	Supra oculum ſiniſtrum ſuperior. ♄ ♂.		
28	φ	Ad læuam aurem duarum Sept. ♄ ♀.		
29	χ	Auſtralior. ♄ ♀.		
27	ψ	In ceruice ſuperior. ♄ ♅.		
25	ω	Ad maxillam ſiniſtram. ♄ ♅.		
35		Quatuor Pleiades. ☽ ♂ vel ☽ ♃.		


Y
X
ψ
φ
P
β
χ
η
q
W
K
τ
υ
κ
A
ω
ζ
o
n
ZZ
l
m
i
ε
δ
α
θ
γ
σ
ρ
π
h
λ
f
e
t
ξ
o
b
c
d
r
μ
u
v
g
z

24	A	In collo. ♄ ♀.	
38	b	In dextro genu trium antecedens. ♄,	
9	c	Media. ♄.	
10	d	Subsequens. ♄.	
5	e	In pallâ fortè scapulâ, ἐντῇ ὠμοπλάτῃ. ☾ ♀.	
1	f	In excisione, abscisione, seu sectione Tauri, prima. ♄ ♂.	
39	g	In vngulâ pedis sinistri. ♄.	
40	h	Ad nares paruula. ♂.	
16	i	In fronte Austrina. ♂ ♀.	
41	k	In vertice. ♂ ♀.	
17	l	In origine Australis cornu trium media. ♂ ♀.	
42	m	Sequens vltima. ♂ ♀.	
43	n	In ipso cornu trium prima. ♂ ♀.	
44	o	Media. ♂ ♀.	13 Sexti.
26	p	Ad ceruicem inferior. ♄ ♀.	
33	q	Pleiadum minima. ☽ ♂ uel ☽ ♃.	
45	r	In dextro poplite. ♄.	
2	s	In excisione ad Austrum secunda. ♄ ♂.	
46	t	Quinta. ♄ ♂.	
47	u	In sinistro pede. ♄ ♂.	

VV. Cauda Arietis. X. Pes dexter Persei. Y. Hædi, Manilio claudentes sidere pontum. Vegetius lib. 4. c. 39. Ex die igitur tertio Iduum Nouemb. usq; in diem sextum Iduum Martiarum maria clauduntur. Ob hanc causam L. 6. ciuitas Rhodiorũ. C. de offi. rect. pro. Quæstores exercitus per vices in Scythiâ, Mysiâ, Cariâ, Cyclad. insulis & Cypro, hyemare iubet: Nouel. Iustiniani XLI. ne hyemis tempore nauigationẽ, quę periculosa erat, litium suarum causâ, instituere cogerentur. Z. Caput Orionis. Z Z. Pes Castoris.

Stellæ, α. θ. γ. δ. ε. addunt & quidã β. ζ. Hyades dicũtur, quas Hyginus, & Ano. ex parte in cornibus collocant; rectiùs tamen, licet contra Agellium, pluresuè alios, cum Arato ἐντῷ μετώπῳ constituuntur. Tullius Tyro, M. Ciceronis alumnus & libertus, ὑάδας οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν, sed ab eo quod est ὕειν, Bassus à formâ litteræ. υ. deduci voluit: inde Suculas, & Succidas dicunt, quia ortu & occasu cosmico, multos succos, pluuias, & imbres inducant. Harũ præcipua. α. Palilicium. Plinio XI. K. Maij natali vrbis die, quo ferè serenitas erat, oriebatur, & Palilia pastorum feriæ, in honorem Deæ Palis, pro partu pecoris celebrabantur. Varro lib. 5. Ouid. 4. Fast.

Stella η. cum q. & quatuor aliis adiunctis, Pleiades appellantur, quæ septem dici sex tamen esse solent: antiquis Tauri cauda vocatæ, Græcis πλειάδες, Latinis vergiliæ, vergiliarum sidus, aliis Atlantides, Massa gallinæ, signatricia lumina, vestis institoris septistellium; sex tantum apparent, sed opacâ septima nube est: Isidoro Butrum, Arab. Athoraie, Atauria. Harum ortus heliacus, æstatem incipit præambulam; occasus dat hyemem primam.

TABVLA VIGESIMQVARTA.

GEMINI.

ΟΙ ΔΙΔΥΜΟΙ, Castor & Pollux, Apollo & Hercules, Triptolemus & Iasion, Amphion & Zethus, Tyndaridæ, Ledæi iuuenes Dioscuri, Duo corpuscula consertis brachiolis & crusculis, Ledæum sidus, Dij Samothraces, Duo pauones, Germ. Zwilling / Abrachaleus & Aphellan seu Auellar, minùs verè Algeuze.

DIARTHROSIS.

1	α	IN capite Gemini præcedentis, Ras algeuze, Castor, Apollo, Aphellan seu Auellar, Apiano Anelar. ☿.		
2	β	In capite seu collo Gemini sequentis, subflaua, Pollux, Hercules, Abrachaleus. ♂.	3	Secundæ.
17	γ	In summo pede sinistro, sequentis. ☿♄.		
12	δ	Ad manum dextram Apollonis. ♄.		
10	ε	Ad eiusdem genu sinistrum. ♄.		
11	ζ	In dextro genu Herculis. ♄.	4	Tertiæ.
15	η	In læuo Castoris pede præcedens dicta calx. ☿♀.		
3	θ	In eiusdem manu sinistrâ. ♂.		
5	ι	In humero dextro Australior. ♂.		
7	κ	Ad papillam Pollucis dextram. ♂.		
13	λ	In femine dextro Gemini inferioris. ♄.	7	Quartæ.
14	μ	In læuo Castoris pede sequens. ☿♀.		
16	ν	In eiusdem pede dextro. ☿♁.		
18	ξ	In Pollucis pede dextro præcedens. ♀☿.		
19	ο	In torulo Castoris. ☿.		Quantitatis.
20	π	Pollucis. ☿.		
21	ρ	Ad læuum Castoris oculum. ☿.		
22	σ	Ad dextram Pollucis maxillam.		
4	τ	In sinistro Apollinis humero ♂.	9	Quintæ.
6	υ	In eiusdem προπηχίῳ. ♂.		
23	φ	Ad dextrum Herculis humerum. ♂.		
24	χ	In dextro προπηχίῳ. ☿.		
25	ψ	Εν τῷ παραπηχίῳ. ☿.		
26	ω	In ventre Castoris, seu chlamyde, quæ Isidoro teste, ex unâ parte induitur, neq; consuitur, sed fibulâ infrenatur, de qua in L. nulli prorsus liceat. C. nulli licere· lib. xi. ♂.		


M
L
I
Z
N

8	A	In latere dextro. ♂.	
9	b	In humero dextro Borealior. ♂.	
27	c	In pectore Herculis. ☿.	
28	d	In dextro Apollinis genu. ☿.	8 Sextæ.
29	e	In Pollucis pede dextro sequens ♃.	
30	f	In mantello præcedens. ♃ ♀.	
31	g	Sequens. ☿ ☿.	

H Extra formam tertij discriminis, Proclo, Anony. aliisq; multis πρόπους, Basso & Hygino vt quidam legunt τρόπος, quasi pede monstrare velit, in proximo adesse Solis conuersionem. Verùm stella πρόπους, una eademq; permanens, à Basso & asseclis, nos dissentire compellit. Nomen τρόπος non certæ, sed aliquot succesiuè stellis conuenire potest, motu namq; Firmamenti proprio, ab occasu in ortum, longiùs remotæ, punctum solstitij, seu τῆς τροπῆς verum, semper demonstrare nequeunt; sic Anno reparatæ salutis, 748. stella ♃. τρόπος dici potuisset, idem nomen hodie, ♃. vindicaret. Dicitur autem Solstitium, quod stare tunc aliquandiu Sol videatur, popter exiguam parumq; sensibilem lucis diurnę variationem. Sosigenes cum Plinio in octauis partibus cosici voluit, Cancri K. Quinti. Capricorni, K. Ian.

VI. Hercules Louanio, k. x. Quint. Apollo Norimbergæ assurgit: huic, IV. Non. illi v. K. Sextilis occumbit.

TABVLA VIGESIMAQVINTA.

CANCER.

ΚΑΡΚΙΝΟΣ, ΟΠΙΣΘΟΒΑΜΩΝ, ΟΚΤΑ-

πους Octipes, Nepa, Aſtacus, Cammarus, Germa. Krebs / Arab. Alſartan, Aſartan.

DIARTHROSIS.

6	α	IN Chelâ ſeu brahio Auſtrino. Brachia Alphon. labia, quidam anteriores ungulas, Ouid. flagella, Plinius acetabula & cirros, Barb. griueneſcos, alij branchias, Arab. Acubene ſeu Azubene appellitant. ♀♂.	2	Tertiæ.
10	β	In vltimo pede Auſtrino.		
4	γ	Quadrilateri duarũ ſequentiũ Borealior. ♂☽. uel ♂☉.	4	Quartæ.
5	δ	Auſtralior. Has duas græci ὄνους, ὀνίσκους, Manilius Iugulas, latini Aſinos & Aſellos dicunt. Proclus: οἱ ἢ πλησίον αὐτῆς [φάτνης] δύο ἀστέρες κείμενοι, ὄνοι προσαγορεύονται. ♂☽. vel ♂☉.		
1	ε	In pectore nebuloſa, præſepe vel præſepium, τὸ νεφελοειδὲς, συστροφὴ, φάτνη. Anony. nubilum Arab: Melleff, ſeu Meeleph, peſebre; ab Aſtronomis lacteo comparatur circulo, quẽ Aratus ὀλίγῳ ἀχλύι vocat: ἐν τῷ δωδεκατημορίῳ τοῦ καρκίνου (hodie τοῦ λέοντος) νεφελιόντι ἐοικὸς τῷ γαλαξίᾳ, μεταξὺ ἀστερισκων κείμενον, οἱ δοκοῦσιν ὀφθαλμοὶ εἶναι καρκίνου. ♂☽. aliis. ♂☉.		
11	ζ	In teſtâ vltimâ, tegmine, Auieno.		
2	η	Quadrilateri duarum præcedentium Borealior. ♀.	6	Quintæ. lucis.
3	θ	Auſtralior. ♂☉.		
7	ι	In principio forcipis ſeu forficis dextræ. ♂.		
9	κ	In origine forcipis læuæ. ♂.		
12	λ	In eductione pedis ſecundi ſeptentrionalis. ♂♀.		
8	μ	In educt. pedis vltimi Sept. ♂♀.		
13	ν	In cornu Boreo. ♄♂.	23	Sextæ.
14	ξ	Auſtrino. Hinc Plinius; Cancri cornibus arietum inſtar dimicant. ♄♂.		
15	ο	Prope eductionem brachij ſiniſtri. ♄♂.		
16	π	In forcipe.		
18	ρ	In parte inferiore forcipis dextræ, duæ.		
21	σ	In ſuperiore tres.		
22	τ	Ad forcipis denticulos.		


20 25 20 15 10 5 ♌ 30 25 20 15 10 5 20
15
K
10
5
τ
σ
ρ
ι
φ
χ
ψ
υ
λ
ω
ξ
γ
E
ε
η
μ
F
K
θ
d
ζ
π
ο
α
A
b
c
B
H
I
G
15
10
5
I ♎ 10 25 20 15 10 5 Aa 20

24	υ	In Boreali regminis parte, duæ.
26	φ	In primo Sept. pede, duæ.
27	χ	In ſecundo.
28	ψ	In tertio.
29	ω	In vltimo.
31	A	In primo pede Auſtrino duæ ſuperiores.
32	b	Vna inferior.
33	c	In ſecundo, vna. ♂.
35	d	In vltimâ teſtâ. binæ. ♂.

E Gemini. F. cor Leonis. G. Canis minor. H. Caput Hidræ. I. Aequator. K. Tropicus aſtiuus.

Cancrorum genera ſunt: Caradi, Aſtaci, Meæ tacineæ, Paguri, Heracleotici, Leones, Fluuiatiles &c. Plin. lib. 9. c. 31. Cammarum ſeu locuſtam marinam, Syracuſanorum: Fluuialem, Tarentinorum continent nummi. Cancer marinus & roſa Rhodiorum typus: Pagurus veteribus prudentiæ Symbolum fuit; ob quam cauſam, huius exuuiis, Dianæ caput, in Brutiorum nummis exornatum cernitur. Nos hîc Cancrum fieri curauimus, qualem apud Guilhelmum de Choul, Neronis, & Antonini pij numiſmata Zodiacum habentia proponunt. Similes duos, ara marmorea, Romæ extra portã Oſtienſem reperta, cum He[illegible]ule clauâ innixo, & ſequenti inſcriptione, poſteris traſmittit.

HERCVLI
SANCTISSIMO
VOTO SVSCEPTO
C. HERODES
DE SVA IMPENDIA
D. D.

EID. APRIL.
L. ANTISTIO ET
CLAVDIO NERONE
COSS.

Venetis IX. k. Sextilis Præſepe oritur, occiditq; veſperi, VII. K. eiusdem. Priſco ſæculo Alexandriæ Prid. K. Quintil. aſcendebat, & deſcendebat. Romæ olim, III. K. Quint. hodie IIX. K. Sextil. emergit.

TABVLA VIGESIMASEXTA.

LEO.

Herculeius, Cleonæus, Nemeæus, Græcis ΛΕΩΝ, Ger. Λόιω/ Arab. Alezet, vel Alaſid, Aſit vel Aſid.

DIARTHROSIS.

8	α	COr Leonis, καρδία λέοντος, pectus Leonis, Rex, Regulus, Baſilica, Regia ſtella, βασιλίσκος fortè βασιλικὸς, βασιλικὸς ἀστὴρ, Regia Tuberoni, Ano. Tyberone, Kalbeleced, Kalbeleceid, Kalbelaſit. Theon: ὅλη αὐτὸν οἱ χαλδαῖοι νομίζουσιν ἀρχὴν τῶν ὡρανίων. ♂♃.	2	Primæ.
27	β	In extremo caudæ, Deneb eleced, Deneb alecid ſeu aleſit, ἢ τοῦ λέοντος οὐρὰ, Nebolaſit, Denebola. ♄♀☿.		
6	γ	Trium in ceruice media, dicta iuba. ♄♂.	2	Secundæ.
20	δ	In lumbis duarum quæ ſequitur. ♄♀☿.		
4	ε	In capite trium Auſtralior. ♄♂.	5	Tertiæ.
5	ζ	Trium in ceruice Borealior. ♄♂.		
7	η	Auſtralior. ♄♀.		
21	θ	Septentrionalis duarum quæ ſunt in vertebrâ femoris dextrâ. ♄♀☿.		
23	ι	In femore poſteriore dextro. ♀☿.		
1	κ	In naribus, Capellæ in naris imo, ἐν τῷ ἀκροῤινίῳ, in pilulâ, Iſidoro in pirulâ naſi. ♄♂.	13	Diffc. Quartæ.
2	λ	In rictu oris, ἐν τῷ ῥύγχει. ♄♂.		
3	μ	In capite trium Borealior. ♄♂.		
10	ν	Antecedens eam quæ in corde eſt. ♄♀.		
12	ξ	Ἐν τῇ δεξιᾷ læuâ præcedente, Auſtrina. ♃♂.		
13	ο	Ἐν τῇ δεξιᾷ dextrâ priore, trium Borealior. ♃♂.		
14	π	In genu dextro anteriori. ♃♂.		
15	ρ	Ad dextram axillam. ♃♂.		
24	σ	In ſuffragine dextrâ poſteriore. ♀☿.		
25	τ	Hâc Auſtralior ad genu, aliis magnit. quintæ. ♀☿.		
26	υ	Ἐν τῇ δεξιᾷ dextrâ poſteriori, ſuprema. ♄☿☿.		
28	φ	Infima. ♄♀☿.		
29	χ	In ſuffragine ſiniſtrâ poſter. ſuperior. ♄♂.		

A
b
o
β
θ
m
n
i
k
R
σ
χ
c
p
T
d
υ
r
e
φ
f
μ
g
ε
γ
λ
η
α
ν
ψ
Q
ξ
π
o
h
ω
s
w
Bb

11	♆	Ἐν τῇ δράκοντι læuâ præcedente Borea. ♀♃.		
30	ω	Ἐν τῇ δράκοντι dextrâ, trium Auſtralior. ♃♂.		
9	A	A corde in Auſtrum declinans. ♃♂.		
19	b	In lumbis duarum quæ præit. ♄♀.	7	Quintæ.
31	c	In ſuffragine poſter. ſiniſtrâ inferior. ♄♂		
32	d	Ad genu poſterius læuum. ♄♂.		
33	e	Ἐν τῇ δράκοντι poſt. dextrâ media. ♄♀♃.		
34	f	Ad læuam auriculam. ♄♂.		
35	g	In capite trium media. ♄♂.		
36	h	Ἐν τῇ δράκοντι dextrâ priori, media. ♃♂.		
16	i	In iubâ ſeu collo paruula. ♄♀♃.		
17	k	In ventre ſuperior. ♃♂.		
18	l	Inferior. ♃♂.	14	Sextæ.
37	m	In dorſo. ♃♂.		
22	n	Auſtralis duarũ quæ ſunt in vertebrâ femoris dextrâ. ♄☿♃.		
38	o	Ad caudæ principium. ♃♀.		
43	p	Ἐν τῇ δράκοντι poſt. læuâ, quinq;. ♄♂.		

Q. Cancer. R. Caput virginis. S. Caput Hydræ. T. Crater. V. Tropicus æſtiuus. VV. Aequator.

Columella: VI. K. Febr. Leonis quæ eſt in pectore clara ſtella occidit. VIII. K. Febr. ſtella regia appellata Tuberoni in pectore Leonis occidit matutinò. III. Aug. regia in pectore Leonis ſtella matutinò immergitur. Plin. nat. hiſt. lib. 18. c. 26. & 28. Hodie Germaniæ, Cor Leonis ſeu βασιλικὸς ἀστὴρ, XVI. K. Sept. cum Sole emergit & recedit.

TABVLA VIGESIMA SEPTIMA.

VIRGO.

ΗΠΑΡΘΕΝΟΣ, ΠΑΡΘΕΝΟΣ ΔΙΟΣ, Astręa,

Erigone, Atargatis, Fortuna, Ceres, Auieno Isis, Pax, Panda vel Pantica, εἰρήνης θεὸς, Ano. Iusta, rectiùs Iustitia, ἡ δίκη, Spicifera Dea, Virgo Spicea munera gestans Manilio, Germ. Junckfraw Arab. Eladari, Sunbala, Adrenedefa Album. Seclenidos de Darzama.

DIARTHROSIS.

14	α	IN siniſtrâ manu, Spica, Ariſta, Azimon, Azimech, Alazel, Alaazel, Hazimet alazel, Hermeti Alhaiſeth, Aſimech inermis ad diſtinctionẽ Hazimet, haſtilis Bootæ, vindemitor ſeu vindemiator, Erigone, Græcis ἡ στάχυς. ☿♂. aliis. ♄☾.	1	Primæ.
5	β	In extremo alæ ſiniſtræ & Auſtrinæ. ☿♂.		
7	γ	Sub ſtrophio ſeu caſtulâ, Græcis ταινία.		
10	δ	Ad cingulum, τὴν ζώνην ἢ μίτραν.		
13	ε	Alæ dextræ præcedens, vindemiatrix, præuindemiatrix, præuindemiator, προτρυγητὴς, Proclo τρυγητὴς, προτρυγητὴς, protrigetes, Colum. & Ptolem. Vindemiator, Plin. & Ouidio Vindemitor. Vitruuius προτρύγετον, ſeu prouindemiam maiorem dictam putat, quidam προτρυγητὴν, ſeu præuindemiatorem legunt; Arab. Almucedie, Alaraph, veriùs Almuredin, Alcalft, appellitant. ♄☾.	5	Tertiæ.
15	ζ	Sub perizomate ad pedem dextrum. ♄☾.		
6	η	In humero ſiniſtro.		
9	θ	Sub perizomate ad Auſtrum ſecunda.		
22	ι	Media in ſyrmate, ἐν τῷ παραποδίῳ σύρματι.	6	Quartæ.
23	κ	Auſtrina & infima.		
25	λ	Ad Auſtrinum ſeu læuum pedem.		Quantitatis.
26	μ	Ad Boreum.		
2	ν	Auſtralis ἐν τῷ κεφαλίῳ.		
1	ξ	Septentrionalis ibidem. ☾♂.		
3	ο	Iuxta dextram maxillam.		
4	π	Ad naſum.		
11	ρ	In brachio ſeu παλαιστῷ dextro. ☾♂.		
27	σ	Sub cingulo Septentrionalis partis prima.	11	Quintæ.
21	τ	Tertia. ♄☾.		


X
Y
Z
Z Z
Cc
τ
φ
υ
μ
s
P
o
σ
ε
c
ρ
R
ζ
d
λ
x
n
l
m
k
θ
γ
η
a
g
f
ψ
χ
p
w
V
T
π
Λ
ω
b
ν
β

24	υ	Duarum in ſuperiori fimbriâ antecedens.	
28	φ	Succedens.	
29	χ	In brachio læuo duarum Auſtralior. ♂♀.	
30	ψ	Ad viriolam. ♂♀.	
31	ω	Εν τῷ κροτάφῳ capitis ſummo.	
33	A	Binæ ad frontem.	
34	b	Ad ſiniſtram auriculam.	
35	c	In pectore.	
12	d	In dextro brachio duæ. ☿♂.	
37	e	Alæ dextræ ſequens.	
38	f	In brachio læuo duarum Borealior. ♂♀.	
17	g	In manu ſiniſtrâ.	
19	h	Adiacens Ariſtæ Borealis.	19 Sextæ.
39	i	Auſtralis.	
8	k	Sub cingulo in Auſtrum prima.	
16	l	Tertia.	
18	m	Quarta.	
20	n	Quinta.	
40	o	Sub cingulo in Boream ſecunda.	
41	p	Quarta.	
42	q	In vltimâ ſiniſtræ alæ parte. ♂♀.	

Reliquæ frequentiori conſenſu Mercuriales cum Venere.

R Cauda Leonis. S. Lanx Bor. & Auſtralis Libræ. T. Crater. V. Coruus. VV. Cauda Hydræ. X. Caput Centauri. Y. Æquinoctialis. Z. Colurus Arietis & Libræ. ZZ. Tropicus Capricorni.

Interſectio Eclipticæ & Æquatoris, prope ſtellam, n. Æquinoctium monſtrat autumni, vt in Ariete oppoſita, veris; hinc illud Manilii: Libra Ariesq; parem reddunt noctemq; diemq;. Verùm non niſi de illis mundi regionibus accipiendum, quibus dies viginti quatuor horarum viciſſitudine decedit, recediq;; hoc ſolùm iacentem, Græcis τῷ ὀρθὴν, etiam ſedentem, τῷ ἐγκεκλιμένην Sphæram habentibus, euenire conſueuit. Quibusdam Orbis terræ partibus, τῆς σφαίρας μυλοειδὲς, ſtantis ſpecie gaudentibus, orientem, occidentemúe adferunt Solem.

Antiquis temporibus, Romæ, Spica oriebatur, XVII. K. Octo. occidebat cum Sole, III. Idus Sept. Plinius nat. hiſt. lib. 18. c. 31. XVI. K. Octob. Ægypto Spica quam tenet virgo exoritur matutinò, etesiæq; deſinunt. Noſtrâ ætate Ariſta, colli Rhain ad Lycum patriæ meæ. IV. Id. Protrigetes, XII. K. Oct. aſcendit: hæc, VI. Id. Nou. illa No. Octob. prædictæ deſcendit. Hactenus de Signis Zodiaci Boreis, ſequuntur Auſtrina.

TABVLA VIGESIMA OCTAVA.

LIBRA.

Iugum Ciceroni, ΣΤΑΘΜΟΣ, ΣΤΑΤΗΡ, Chelæ,

Noctipares, Arato φαέων ἐπισ[illegible]ευέες, Azubene, Germ. Wag/ Mizan Hebræis, χηλὴ βόρειος Zubeneschemali, χηλὴ νότιος Zubenelgenubi.

DIARTHROSIS.

1	α	QVæ in extremâ Chelâ Australi lucidior, χηλὴ νότιος, Zubeneschemali; hodie lanx Meridionalis. ♃♄.	2	Secundi.
3	β	In extremâ Boreâ Chelâ χηλὴ βόρειος, Zubenelgenubi, Lanx Septentrionalis. ♄♂.		
7	γ	In mediâ lance Boreali prima & superior. ♃♄.	1	Tertij.
4	δ	In iugo seu scapo bilanci præcedens. ♄♂.	8	Quarti.
9	ε	Sequens in eodem lucidam.		
8	ζ	In mediâ lance Boreali secunda & inferior.		
10	η	Tertia succedens.		
11	θ	In iugo sequente extremo.		
12	ι	In alligamentis lancis Boreæ trium prima.		
13	κ	Media.		Luminis.
14	λ	Vltima.		
2	μ	Quæ est supra Australem lancem. ♃♄.	2	Quinti.
5	ν	Prima ab Austrinâ lance ad ortum. ♄♂.		
6	ξ	Secunda ab eâdem in Boream.	2	Sexti.
15	ο	In mediâ lance Boreali præcedens, & quarta.		

Reliquæ ♀. parum ♂.

